

Ernestus Ioachimus de Westphalen

Statuta prima Academiæ Rostochiensis Anno 1419 inchontæ. Ex authentico codice membranaceo descripta.

Zur überarbeiteten lateinischen Textausgabe

Die überarbeitete Textausgabe von E. v. Westphalen berücksichtigt erstmals sämtliche Randbemerkungen, Ergänzungen, Streichungen, Rasuren usw., die im Text der ältesten Universitätsstatuten des im Universitätsarchiv der alma mater Rostochiensis archivierten und bereits digitalisierten Statutenbuchs zu erkennen sind. Der Leser kann sich folglich sowohl anhand der Nummerierung, aber auch anhand der Datei-Verweise in der mittelalterlichen Originalhandschrift orientieren. Des weiteren wurden Textstellen, die die unüberarbeitete Textausgabe Westphalens dokumentiert, die aber nicht dem Text des Statutenbuches zu entnehmen sind, in die überarbeitete Textausgabe übernommen und entsprechend kenntlich gemacht. Das erleichtert in Zukunft gewiss die Erarbeitung einer textkritischen Edition.

Hilde Michael M.A.

Rostock, den 11. März 2011

Ernestus Ioachimus de Westphalen:

**Monumenta inedita Rerum Germanicarum praecipue Cimbricarum et Megapolensium ...
Band IV. Leipzig 1745, Sp. 1008-1047**

Die Seitenzahlen beziehen sich auf diese Datei.

Statuta prima Academiae Rostochiensis Anno 1419 inchontae. Ex authentico codice membranaceo descripta.

Ordo rubricarum seu capitum.¹	p.
I. De instauratione universitatis, et de statutis eiusdem.	2
II. De electione rectoris.	4
III. De officio rectoris.	7
IV. In intitulatura.	11
V. De consiliis celebrandis.	16
VI. De promotore et eius officio.	21
VII. De ordine graduatorum et facultatum et promovendorum.	25
VIII. De consiliariis et assessoribus in iudicio.	29
IX. De officio rectorum regentiarum et obedientia et conversatione regentialium.	29
X. De vita et conversatione studentium.	36
XI. De cursoribus universitatis.	44
XII. De poenis delinquentium.	45
XIII. De stipendiatis et eorum institutione.	46
XIV. De tempore promovendorum pro gradu.	53
XV. De examinadoribus.	54
XVI. De propina et approbationis modo.	55
XVII. De subsidio dando pro universitate et facultatibus.	56
XVIII. De vigilibus, et famulis civitatis.	57
XIX. Erit generalis circa observantias, quae non sunt statuta, et de errore contra statuta commissio emendando.	57
XX. De propositis per consulatum et admissis etc.²	58

¹ Bei Westphalen (Sp. 1008.), aber nicht im Statutenbuch: „seu capitum“.

² Bei Westphalen (Sp. 1008.), aber nicht im Statutenbuch: „etc“.

Rubrica prima³

Nos rector et universitas studii Rostochiensis protestamur praesentibus; Quod si aliqod inter infra posita statuta foret, quo privilegium sanctissimi in Christo patris et domini, domini Martini papae quinti universitati Rostochiensi concessum et in parte et in toto absorberetur, aut libertati ecclesiasticae derogaretur, illud sit irritum et inane.

Cap. I. De instauratione universitatis et statutis eiusdem.

I, 1 Statuimus primo, ut iuxta privilegia apostolica a domino Martino papa quinto oppido Rostochiensi concessa, inibi vigeat studium universale privilegiatum de facultatibus iuris canonici, legum, medicinae, philosophiae, artium liberalium et aliis scientiis licitis. Sit tantum una universitas et unum corpus indivisibile et eius tantum unum caput, quod vocetur rector universitatis, ad quem quidem rectorem nominatae facultates et earundem decani se referent tanquam unum caput et supremum, habens potestatem regendi membra universitatis secundum tenorem privilegii apostolici, et statutorum universitatis eiusdem.

immutabile⁴

I, 2 Item in qualibet facultate universitatis nominatae; tanquam in uno corpore sit unum caput de stipendiato et nominetur huiusmodi decanus facultatis huius vel illius. Qui et suae facultatis stipendiati cum regentibus in eadem ad consilium illius facultatis admissi habeant facultatem et potestatem regendi et ordinandi supposita suae facultatis et statuta faciendi per consilium universitatis approbanda, et nisi ab universitate sint prius approbata nullius sint vigoris. Siquis autem, quod absit, aliud praesumerit erigere caput in eodem corpore, excludatur, nec de caetero pro membro universitatis habeatur, cuius officium decani ad medium annum, vel ad annum dumtaxat dura-

1009

bit, si habuerit socium secum in eadem facultate birretatum et assumtus in decanum teneatur

³ Im Statutenbuch (Datei S. 12. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Rubrica prima“ .

⁴ Im Statutenbuch (Datei: S. 12. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Immutabile“. Die Ergänzung „immutabile“ fehlt bei Westphalen gänzlich. Die Ergänzung wird im nachstehenden Text jeweils vorgenommen.

acceptare idem officium et continuare ad finem absque dolo et fraude sub poena amissionis stipendii sui ad dimidium annum cedendum suae facultati, dictarum vero facultatum numerus et ordo servabitur velut infra loco suo describetur.

immutabile

I, 3 Item volumus quod omnia statuta in hoc volumine conscripta quibus immutabile est ascriptum, dicantur immutabilia, sicut quaedam peccata in spiritum sanctum irremissibilia, non quod nullo modo sint immutabilia, sed difficulter mutabilia. Et ideo statuimus, et volumus, quod si utilitas aut necessitas tale statutum immutabile dictum postularet immutari talis immutatio non debet fieri, nisi ex unanimi consensu omnium et singulorum de consilio universitatis, trina convocatione praevia secundum tenorem statuti de statutorum⁵ innovatione et proconsulibus omnibus requisitis et praesentibus et eisdem consentientibus et praestito iuramento praevio per quemlibet de universitatis consilio, quod velit sine dolo et fraude, non timore aut amore vel odio inductus suam vocem dicere, prout secundum suam conscientiam pro posse et nosse iudicaverit utile et honestum pro universitatis honore et conservatione, nec aliquod statutorum aliorum est mutandum aut interpretandum aut novum condendum, nisi sub tali iuramento implicite vel explicite praemisso.

immutabile

I, 4 Item consilium universitatis potest, immo debet honesta et utilia nova statuta facere et vetera ad immutabilitatem non limitata, mutare, prout suadet utilitas et necessitas exposcit iuxta formam infra scriptam.

immutabile

I, 5 Item omnia statuta universitatis et singularum facultatum in uno libro universitatis conscribantur, qui liber sit apud rectorem et ipsius copia apud promotorem: Et quotiescumque necessitas aut utilitas universitatis aut alicuius facultatis exposcit aliquod antiquorum statutorum, non ex statuto immutabilium mutari aut novum statui, convocandi sunt omnes de consilio universitatis aut facultatis, in qua novum debet statui seu vetus immutari tribus congregationibus distinctis cum debitis intervallis quorum quodlibet sit octo dierum sub tali approbatione, quod si fuerint de consilio universitatis quindecim, decem ex ipsis: Si autem

⁵ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei: S. 12. TIF.) : „Proconsules“.

fuerint decem et septem vel sedecim, tunc duodecim debent notis suis plene concordare, ut vetus immutetur et novum statuatur et statutis universitatis approbatum ascribatur, alias nullius sit roboris ac vigoris.

I, 6 Item universitas habeat fiscum, id est, arcam cum quinque clavibus⁶, pro reponendis rebus et clenodiis universitatis, quarum clavem unam habeat rector, alias quatuor habeant decani quatuor facultatum, quarum facultatum quaelibet habeat scrinium suae facultatis fiscum continentem in praedicta universitatis arca reclusum. Hic fiscus universitatis ad locum, qui consilio universitatis tutior apparuerit, pro tempore reponatur.⁷

I, 7 Item sint⁸ duo sigilla, unum universitatis sigillum magnum et aliud rectoratus. Primum sigillum magnum universitatis est sub fisco et clausuris seu clavibus antedictis.

immutabile

I, 8 Item matura

1010

deliberatione ex certa scientia et evidenti causa ordinavimus, quod in universitate Rostochiensis non debeant esse nationes aliquae,⁹ quo ad universitatem, nec quo ad aliquam facultatem contrarium disponens aut ordinare temptans, hoc ipso sit periurus, et ab universitate exclusus.

[Rubrica duo]

De electione rectoris

II, 1 Rector universitatis pro initio studii hyemalis eligi debet in die sancti dionisii et ille tunc electus praestabit consensum in crastino eadem hora si voluerit acceptare, post acceptionem publicatio facienda est de rectore universitatis electo et caetera peragenda ipso die sancti Galli ac missa universitatis celebranda die Lucae. Quod si electus non consenserit medio tempore ab

⁶ Im Statutenbuch (Datei S. 13. TIF.): „id est, arcam cum quinque clavibus“ mit Unterstreichung.

⁷ Im Statutenbuch (Datei S. 13. TIF.): „reponatur“; Bei Westphalen (Sp. 1009.): „ponatur“.

⁸ Im Statutenbuch (Datei S. 13. TIF.): „sint“; Bei Westphalen (Sp. 1009.): „sunt“.

⁹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 13. TIF.): „neque aliquis ex illis“.

illo crastino Dyonisii providebitur. Pro studio autem aestivali eligi debet rector in die beati¹⁰ Tyburcii et eius publicatio fieri debet in octavo eiusdem, nisi venerit octava ipsius infra octavam Paschae, alioquin illo casu erit publicatio feria secunda post Quasimodogeniti. Missa vero universitatis cantanda est sequenti die post publicationem et elects praestabit consensum in crastino Tyburcii eadem hora, qua electus est. Et si non consenserit, providebitur ab isto crastino infra octavam. Locus electionis novi rectoris, si antiquus rector theologus, medicus, vel artista existat, sit collegium theologorum et artistarum, alias sit collegium iuristarum.

immutabile

II, 2 Item in rectorem eligi debet aliquis de gremio consilii universitatis stipendiatus iuxta formulam concordiae,¹¹ qui si rogatus officium rectoratus assumere recusaverit, deliberatione praehabita aut ante officii finem accepti resignaverit, causa rationali non subsistente careat stipendio unius anni et ad electionem alterius procedatur. Et sic privatus stipendio nihilominus ad legendum tempore privationis suae manebit obligatus.

immutabile

II, 3 Item de consilio universitatis debent esse soli stipendiati ex stipendio octingentorum florenorum annuorum et omnes illi, exceptis duobus magistris in artibus, quorum quilibet est de solarario quindecim florenorum, et lectore in iure cuius solarium est viginti quinque florenorum. Possunt tamen praemissi consilarii duos vel tres graduatos notabiles et non ultra ad consilium admittere cum universitatis consilio hoc visum fuerit expedire.

Modus eligendi rectorem universitatis talis est: Tres electores rectoris per sortem ex stipendiatis eligantur, qui sub eorum iuramentis eligent in rectorem ex caeteris stipendiatis, prout eis visum fuerit meliorem ante extinctionem seu consumptionem unius parvae candelae cereae ad longitudinem indicis accensae ipsis pro termino praefixae, sub poena privationis sui stipendii per medium annum, ita tamen, quod nihilominus suas exerceant regentias legendo non obstante salarii privatione.

¹⁰ Im Statutenbuch (Datei S. 14. TIF.): „beati“; bei Westphalen (Sp. 1010.): „S[ancti]“.

¹¹ Nicht im Statutenbuch, aber bei Westphalen (Sp. 1010.): „iuxta formulam concordiae“.

Modus sortiendi sit iste: Rector universitatis faciet apportari quendam librum plurium foliorum, in quo saepius inspiciat donec caeteris sufficiat de consilio universitatis et in electo folio secundum ordinem, quem consilarii elegerunt, rector antiquus habebit literam in superiori linea primam secundum ordinem electum. Immediatus post eum literam eiusdem ordinis in secunda linea, si

1011

non fuerit eadem cum litera rectoris antiqui. Alias ibit ad literam sequentem in eadem linea tam diu, quo usque inveniat literam aliam et ita per totum in lineis procedetur, usque ad ultimam inclusive et ita quolibet de consilio universitatis certam literam alphabeti habente, illi tres qui literas secundum ordinem alphabeti priores per praemissam sortem habuerint erunt novi rectoris universitatis electores et praemisso iuramento de eligendo idoneum ad electionem procedere debent.

Iuramentum electorum rectoris universitatis est:

“Ego N. iuro, quod ad officium rectoratus eligam quem ad huiusmodi officium secundum meam conscientiam pro posse et nosse iudico meliorem idoneum omni amore, odio aut privato favore exclusis sic me deus adiuvet et sanctorum evangeliorum conditores et sancta evangelia.” Quae verba addita sunt manu Leonis.¹²

Iuramentum rectoris universitatis assumendi est:¹³

Rector assumendus sic iurabit:

immutabile

II, 1 “Ego N. rector universitatis studii Rostochiensis promitto et iuro, dictam universitatem et statuta eius efficaciter exequendo, pro posse et nosse in iuribus et libertatibus suis conservare, ipsiusque universitatis et consulum¹⁴ communitatis oppidi Rostochiensis utilitatem, et honorem procurare, durante officio mei rectoratus absque dolo et fraude. Et quod infra octo dies post diem publicationis novi rectoris exclusive immediate computando mei officii reddam rationem

¹² Nicht im Statutenbuch, aber bei Westphalen (Sp. 2011.): „Quae verba addita sunt manu Leonis.“

¹³ Nicht im Statutenbuch, aber bei Westphalen (Sp. 2011.): „Iuramentum...est.“

¹⁴ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 15. TIF.): „?consules.“

cum effectu. Et quod per mensem proxime sequentem non recedam a loco Rostochiensi nisi super hoc per consilium universitatis mecum fuerit dispensatum, sic me deus adiuvet.”

II, 2 Item officium antiqui rectoris expirabit facto iuramento per novum.

II, 3 Item rector universitatis per electores rectoris non debet continuari, sed alius de novo eligi. Sed anno finito a tempore suae electionis computando potest rector antiquus per novos electores, si ipsum elegerint et non alius in rectorem assumi.

Rubrica III.¹⁵

De officio et potestate rectoris.

III, 1 Rector infra octo dies post acceptationem officii rectoratus a novo convocet singula universitatis supposita ad locum congruentem ad audiendum eis novum rectorem publicari et ad recipiendum iuramentum per rectorem novum praestandum, nec non ad tradi videndum novo rectori sigillum rectoratus atque alia clenodia atque utensilia universitatis.

immutabile

III, 2 Item infra octo dies post diem publicationis novi rectoris fiat computatio de perceptis et expositis per antiquum rectorem, praesente consilio universitatis ad hoc convocato. Et si voluerit rector his qui praesentes fuerint propinam faciat absque prandio et coena sine dolo et fraude, cuius summa valorem floreni Renensis non excedat. Quod si aliquis rectorum ultra florenum exposuerit et prandium vel coenam fecerit, quinque florenos universitati irremissibiter solvat.

III, 3 Item rector pro tempore existens habeat tertiam omnium proventuum provenientium durante officio sui rectoratus, de sigillo, de intitulis et aliis proventibus, excepta cera pro candelis et bursis per graduandos universitati dandis, de quibus nihil habebit, excepta etiam poena pe-

1012

cuniaria delinquentium, quae dividetur in tres partes aequales, una universitati relinquenda et alia rectori universitatis et tertia promotori relinquenda.

¹⁵ Im Statutenbuch (Datei S. 16. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „rubrika III.“.

III, 4 Item computatis et solutis singulis, hoc, quod per antiquum rectorem residuum fuerit per novum rectorem et per illos, qui habent claves fisci, ad hoc vocatos, ipsa eadem die ad fiscum reponatur sub poena privationis stipendii pro quolibet ad unum mensem.

III, 5 Item nullus rectorum quidquam de fisco vel de pecunia universitatis emat vel exponat sine scitu et consensu universitatis consilii isto sub moderamine, nisi ille cui esset propinandum solum paucam faceret moram tunc ei facere propinam licet competentem.

III, 6 Item ne supposita et nostrae universitatis membra in suarum animarum detrimenta iurationi assuescant et iuramenta levi pendant atque ex iuramentorum levi pensione non advertendo eorundem iuramentorum sacramentalem vigorem et contraveniendo¹⁶ periuria incurrant et dominum DEUM irreverenter offendant et sui ipsius derogent famae et honori. Volumus et statuimus, quod universitatis rector aut etiam cuiusvis facultatis decanus aut vicem tenens rectoris sive decani in omni casu vel causa, in quo vel qua congruit et licet. Et praesertim, quando verisimiliter non timetur universitatis aut alicuius facultatis periculum sive damnum in statutorum abolitione aut debitae obedientiae et rigoris diminutione seu remissione aut de universitatis defraudatione et sic in quolibet simili periculoso casu pro tunc loco iuramenti secundum universitatis statuta aut alia rationabili causa decenter exigendi ab illo iuramentum, qui praestare tenetur bona fides exigatur et non iuramentum; qui enim contra bonam fidem, seu contra fidelitatem infideliter agit videlicet, veritatem negando aut mendacium scienter asserendo aut contra fidelitatis promissionem actu veniendo, dum constiterit aut convictus fuerit se ipsum in fama et honore laedit, reddens se membrum putridum et turpe atque indecens cuiuscunque honesta et approbatae communitatis, sed in his multum diligenter conditiones et mores et vita iuramentum vel fidem praestantium respiciatur et non eadem forma circa singulos servetur, sed cum aliquibus iustitiae et statutorum rigor servetur, cum aliquibus vero, qui bonae sunt indolis et approbatae aut probabilis fidei huiusmodi rigor secundum praesentis statuti tenorem temperetur.

III, 7 Item quilibet rector universitatis pro tempore existens, omnibus membris eiusdem universitatis praefertur et teneat locum primum.

¹⁶ Im Statutenbuch ist die Lesung unsicher (Datei S. 16. TIF.): „contraveniendo“ oder „conveniando“; bei Westphalen (Sp. 1012.): “contra eundem”.

III, 8 Item rector universitatis habeat corrigere excessus studentium de universitate cum consilio rectoris antiqui et promotoris seu et aliorum quos duxerint advocandos. Birretatos tamen et licentiatos ipse solus cum praemissis non corrigat, sed hoc ad universitatis consilium deducet, hoc idem faciat in correctionibus aliorum, si emerit difficultas.

III, 9¹⁷ Item in qualibet septimana causa rationabili subsistente feria sexta hora decima rector debet et tenetur facere ordinariam congregationem in loco competenti sub poena duorum solidorum absentis et

1013

non venienti irremissibiliter infligenda, potestate contradicendi consulis eidem etiam penitus interdicta.

III, 10 Item rector extraordinarias necessitate incumbente poterit facere consilii congregationes. Tunc mandabit sub poena pecunia infra quartale floreni Renensis et ultra in cedulis convocationum pro consiliis habendis apponere tenetur poenam non contradicendi. Quod si quis sic vocatus absens fuerit solvat poenam pecuniariam non habendo contradicendi vocem praecclusis.

III, 11 In congregationibus aliis scholarium non ultra quatuor solidos, id est octo albos a scholaribus per rectorem capiatur.

III, 12 Item rector debet nulla habita personarum distinctione poenas exigere, quod si neglexerit rector, tum hoc in poenam solvat, tantum, quantum is, qui delinquit et illam promotor vi officii sui et fidei praestitae a rectore exigat medietate totius promotori salva et integra remanente et alia medietate universitati tribuenda et promotor etiam exigat debitam a delinquente poenam etiam sibi et non rectori mediate poena applicanda et residua ea medietate universitati relicta.

III, 13 Item rector nunquam praecipiat sub debito praestiti iuramenti seu obedientiae, nisi contumacia praecesserit vel necessitas illud evidens exposcat.

III, 14 Item rector faciendo mandata publica ad hostia sic scribat:

¹⁷ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 17. TIF.): „mutatur“.

“Nos N. rector universitatis studii Rostochiensis” et sequatur: “Mandamus omnibus et singulis suppositis et membris universitatis eiusdem.”

III, 15 Item quilibet rector universitatis in principio sui rectoratus in primo mense post iuramentum praestitum facta suppositorum universitatis plena congregatione in loco competenti, statuta eadem supposita concernentia, per se ipsum semel publicare teneatur, nisi ex causa rationali hoc longius duxerit differendum sub poena unius floreni.

III, 16 Item rector in primo mense sui rectoratus videlicet post iuramentum praestitum, leget in congregatione graduatorum statuta doctores et magistros concernentia sub poena unius floreni.

III, 17 Item rector arcam, baculos, matriculam, sigillum, registra cum aliis rebus et clenodiis universitatis diligenter sine alienatione custodire debet,¹⁸ suo durante officio, quo cessante successori suo iurato in plena congregatione suppositorum, ut praemisum est taliter praesentare sub debito sui iuramenti.¹⁹

III, 18 Item rector per mensem proximum post depositum officium sui rectoratus a Rostock recedere non debet, sed ibidem honeste et publice permanere, nisi secum super huiusmodi per consilium universitatis fuerit dispensatum.

III, 19 Item si contingit rectorem dispensative ultra tres dies esse absentem, decanus suae facultatis eius exercebit officium quousque reveniat rector. Et si aliquis fuerit decanus et rector, qui ultra tres dies abesset, tunc senior suae facultatis locum suum obtinebit, excepto decano facultatis artium, qui propter varias eius occupationes, rectoris absentis non geret officium, sed senior eius facultatis. Si vero solum unus in facultate praesederit, qui fuerit pro tempore rector, sit tunc vice rector in eius absentia senior consilii universitatis.

III, 20 Item nullum membrum

1014

¹⁸ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 17. TIF.): „addatur 8“.

¹⁹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 17. TIF.): „no 8 pecunia-“. Die Lesung ist fraglich.

universitatis trahat aliud membrum de hac universitate in causa pecuniaria vel iniuriarum,²⁰ aut alia occasione communionis sive participationis scholasticae in Rostock et in ipsius attinentiis exorta aut oppidanum vel oppidanam Rostochiensem extra oppidum Rostochiense nisi idem oppidum illi fuerit insecure et in eodem iudex ordinarius vel delegatus competens ecclesiasticus²¹ deficere censeretur, sub poena periurii, quam incurret ipso facto et quemlibet contra illud statutum facientem rector admonere debet, ut obediat statutis et praecipere eidem, ut desistat, qui si rebellis et inobediens fuerit declaret illum huius statuti poenam incidisse et in terrorem aliorum, in multis excessibus corrigendis, expedit, quod universitatis rector contra rebelles et inobedientes publice procedat cum denunciatione in valvis ecclesiarum.

[Rubrica IV.]

De intitulatura

Et primo ponitur iuramentum praestandum ab intitulando.

IV, 1²² “Ego N. iuro vobis domino rectori vestris quoque in hoc officio successoribus obedientiam in licitis et honestis et quod volo servare statuta et per ipsam universitatem statuenda, nec non bonum ipsius procurare pro posse et nosse, sic me deus adiuvet et sanctorum evangeliorum conditores.

IV, 2 “Item iuro, quod si propter excessum, per me commissum aut propter inobedientiam per universitatis rectorem mihi mandatum fuerit, ut infra certum terminum de oppido Rostock recedam et ante terminum mihi praefixum non revertar, illud cum mandatum fuerit semota omni rebellionem exequar, nisi super dicto recessu et termino mihi praefixo per consilium universitatis sive per rectorem, fuerit mecum dispensatum et quod volo deferre habitum undique clausum iuxta dispositionem statuti universitatis, sic me deus adiuvet et sanctorum evangeliorum conditores.”

²⁰ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 18. TIF.): „de pecunia“.

²¹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 18. TIF.): „no 9 pinio“.

²² Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 18. TIF.): „Iuramentum rectori praestandum“.

IV, 3 Illud autem iuramentum non ab incolis, sed ab adventitiis, a iuvenibus et levibus personis, secundum arbitrium rectorum exigatur et signetur nota iuramenti facti in matricula ad nomen intitulati.

IV, 4 Item universitas habeat matriculam, in qua omnes, qui causa studii Rostock accesserunt, seu privilegiis universitatis gaudere, aut pro membris eius reputari voluerint conscribantur, iuramento prius praestito et eo, quod ad fiscum dare debuerint, soluto, nisi ipsos rector ex certa causa rationali duxerit honorandum.

IV, 5 Intitulandus de communi statuto, ut sunt filii militarium, burgericum et civium non beneficiati et beneficiati minoribus beneficiis, ut vicarii et similes solvant episcopalem florenum de Reno²³ et in depositione beanii praedictae medietatem summae non excedant, sub poena dupli, sed infra, si voluerint exponant, canonici vero non tenentes statutum, nec ipsorum sit absentia pinguis, praedictis aequiparantur, sed canonici statum tenentes, et inferiores praelati, nec non plebani pinguium ecclesiarum solvant florenum Renensem²⁴ praelati autem superiores cum nobilibus statum tenentibus, duos solvant florenos. Praelati inferiores sunt, ut decani ecclesiarum collegiatarum et thesaurarii, cantores, scholastici cum similibus utrarumque ecclesiarum, superiores

1015

sunt, ut decani ecclesiarum cathedralium, praepositi, archidiaconi, tam cathedralium, quam collegiatarum ecclesiarum, tam secularium, quam regularium. Principes vero duces et comites abbates, episcopi et superiores solvant secundum quod suae congruit decentiae et honestati, ultra tamen summas praetaxatas.

IV, 6 Item filii incolarum oppidi Rostochiensis, nihil dabunt pro intitulatione, nisi cursoribus universitatis duntaxat.

IV, 7 Item nullus praemissorum amplius solvat de simplici vel inferiori statu pro beanio, quam mediam taxam eius, quod solvit pro intitulatione. Nec aliquem vocabit extraneum, sed solum

²³ Im Statutenbuch (Datei S. 18. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „de Reno“.

²⁴ Im Statutenbuch (Datei S. 18. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Renensem“.

sociis et magistris de domo commensalibus et in domo non alibi²⁵ propinabit sub poena duplici fisco universitatis applicanda.

IV, 8 Item dans²⁶ florenum Episcopalem²⁷ pro intitutura vel infra vel forte irremissibiliter cursoribus universitatis dabit tres solidos Sundenses.²⁸ Qui vero florenum Reni²⁹ sex solidos.³⁰ Qui duos duodecim solidos, qui vero ultra dederit pro intitutura iuxta suae honestatis debitum, dabit cursoribus ultra summam minus dantium aliorum.

IV, 9 Item in singulis quatuor temporibus anni quilibet scholarium, cursoribus dabit ad minus unum solidum Sundensem,³¹ graduatus duplum,³² de maioribus praelatis nobilibus et doctoribus quilibet ultra dabit arbitrarie secundum exigentiam sui status.

IV, 10 Item salario intituturae rector nulli parcere debet, nisi filiis incolarum huius oppidi Rostochiensis, alioquin de suo solvat, aut de eius parte defalcetur, nisi causa rationalis subsit, propter quam aliquis sine pecunia sit intitulandus,³³ quam rector apponere et adscribere debet intitutato, ne taliter intitutus per aliquem rectorem succedentem amplius moneatur.

IV, 11 Item rector intitutati cuiuslibet nomen apponat in fine, diem, mensem et taxam, quantam dederit pro fisco universitatis. Quicumque enim intitutus secundum statuta non dederit, penuria

²⁵ Im Statutenbuch als Ergänzung am Rand (Datei S. 19. TIF.), aber bei Westphalen im Text (Sp. 1015.): „et in domo non alibi.“

²⁶ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „medium“.

²⁷ Im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Episcopalem“.

²⁸ Im Statutenbuch als Ergänzung am Rand (Datei S. 19. TIF.), aber bei Westphalen im Text (Sp. 1015): „Sundenses“.

²⁹ Im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Reni“.

³⁰ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „albos“.

³¹ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „album“.

³² Rasur im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.) Der rasierte Text ist kaum noch lesbar.

³³ Im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „intitulandus“; bei Westphalen (Sp. 1015): „intitutus“.

vel paupertate prohibente, si in universitate perseveraverit³⁴ dare³⁵ tenetur, quando ad meliorem fortunam pervenerit temporalibus ditatus pro bono universitatis conservando.

IV, 12 Item tempore promotionis alicuius vel aliquorum in aliqua facultate decanus facultatis illius tenetur et debet rectori pro tempore existenti nomen aut nomina promovendi vel promovendorum cum nomine rectoris sub³⁶ quo quis asserit se intitulum in scriptis praesentare, ut rector scrutetur an promovendus sit intitulus, quid et quantum solverit tempore suae intitutionis, et si minus dederit, quam tenor sonat statuti, nisi det plene, si est habens, non promoveatur, nisi rationabilis causa in matricula expressa ipsum excusat.

IV, 13 Item quilibet volens studere in universitate et gaudere privilegiis eiusdem post eius adventum intitulari se faciat infra quindenam. Alioquin lectiones et exercitia post quindenam habitae per eum et etiam ante, illi pro forma computari non debent.³⁷

IV, 14 Item si scholaris infra quindenam neglexerit se intitulari vel alias fugerit, moneatur per rectorem, ut infra sequentem quindenam se faciat intitulari, quod si non fecerit et tribus vicibus lectiones audiverit per pignorum captionem, ut intituletur ad solvendum duplum com-

1016

pellatur. Sin autem non tribus vicibus lectiones audiverit et suspicio sit, quod pro scholaritate venerit nullus burgensium, iuxta ordinationem consulatus ultra ipsum hospitatum teneat aut secum commorantem sustineat. Ac consilium universitatis suos mores ad parentes proximis suis, ut eum revocent, rescribat vel consulatui illius loci unde processit.

Ordinatio consulatus Rostochiensis sit sub hac forma:

IV, 15 Nullus civium vel incolarum oppidi Rostochiensis sub poena per consulatum ipsum arbitranda fisco dicti oppidi applicanda, teneat seu receptet scholarem advenam, qui ultra

³⁴ Bei Westphalen (Sp. 1015): „si in universitate perseveraverit“, aber im Statutenbuch gestrichen.

³⁵ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „male deletum“.

³⁶ Randbemerkung im Statutenbuch: „NB“.

³⁷ Im Statutenbuch (Datei S. 19. TIF.): „debet“ mit Kürzungsstrich, aber bei Westphalen (Sp. 1015): „debent“.

quindenam eidem oppido fuerit immoratus matriculae universitatis non inscriptus aut quemcunque rectori rebellem aut inobedientem aut intitulatum scholarem quemcunque absque licentia de stando inter laicos eidem scholari per consilium universitatis expresse concessa.

immutabile

IV, 16 Item nullus scholarium stabit extra regentiam per universitatem approbandam, nisi per consilium universitatis sit ad alias et alibi standum licentiatum licentia tamen temporali, ut ad medium annum, ultra quod tempus nisi habita nova licentia ab eius hospite, ut praemissum est, minime teneatur.

IV, 17 Item tempora ad gradum cuiuscunque facultatis ex statuto expresse requisita debent illi sufficere, qui tanto tempore in regentia stetit et onera regentia plene subivit. Ei vero qui tanto tempore in regentia sub rectore regentiae stetit et interim mensam alibi habuit, licet recorri pro rata expensas solvit tempus expressum in statuto cum ipsius quarta requiritur et sufficit. Ei vero qui simpliciter extra regentiam tanto tempore fuit, licet cum eo dispensatum extitit, tempus expressum in statuto cum ipsius tertia parte requiritur et sufficit, ubi eius paupertas non foret aperte declarata, nisi super tertia et quarta temporis per suam facultatem cum promovendo foret dispensatum. Ei autem qui extra regentiam simpliciter vel pro parte, ut praemittitur, alibi mensam tenendo sine dispensatione univertiitatis aliquo tempore steterit lectiones et exercitia pro illo tempore habitae pro gradu ipsi non computabuntur. Quapropter volumus, quod graduandi in eorum scedulis scribant, ubi et cum quo tempore requisito steterant vel habitabant.

IV, 18 Item nullus legentium aut disputantium scienter non intitulatum aut extra regentias stantem absque licentia ad lectiones aut exercitia, nisi duntaxat ad tres dies scienter³⁸ admittat, sub poena medii floreni fisco universitatis irremissibiliter, totiens quotiens contrarium fecerit persolvendi.

IV, 19 Item rectores regentiarum aut quivis alii graduati vel scholares universitatis nullum aut nullos intitulatum vel intulatos in regentiis vel habitationibus suis scienter foveant, ultra octo dies sub poena dimidii floreni.

³⁸ Bei Westphalen (Sp. 1016): „foveant“. Im Statutenbuch ist das Verb ausgelassen.

IV, 20 Item si aliquis fecerit se intitulari ad matriculam universitatis et non studeat aut actus scholasticos non exerceat et per rectorem monitus actus scholasticos temptare non curet, ille est patriae suae per subtractionem stan-

1017

tiarum tam inter cives, quam clericos et seculares remittendus. Nisi alicuius magistri vel doctoris aut ipsius universitatis familiaris existat, pro quo tempore dumtaxat uti possit privilegiis et libertatibus universitatis.³⁹

IV, 21. Item quia expertum est, quod aliquis se rectori sub nomine alicuius absentis representans et taliter ipsum absentem intitulari, dolose procuravit, sibi nomen absentis false imponens sub nomine alterius praestando iuramentum. Ideo statuimus, quod intitulatus et iuratus, de quo rector verisimiliter est dubius per iuramentum praestitum requiratur an ipse sit Iohannes vel Petrus sic nominatus et cognominatus, secundum nomen et cognomen quod ille rectori ad intitulandum expressit, et si dolose processit deleatur nomen inscriptum cum cognomine et in poenam doli, talis dolosus careat pecunia, quam dedit pro intitulatione et pro supposito non habeatur.

Rubrica V.⁴⁰

De consiliis celebrandis

immutabile

V, 1 Primum consiliiarii universitatis hi soli sunt, de quibus secunda constitutio de electione rectoris capitulo tertio.

V, 2 Item quaecumque in consiliis circa negotium consiliabile tractata fuerint, a quolibet secrete teneantur sub bona fide, ad quam quilibet secretarius ex communi lege dinoscitur obligari nisi rector decreverit ea revelari et publicari. Ea vero, quae rector, aut alius, quicumque in consiliando praesidet, ut vice-rector aut alicuius facultatis decanus specialiter mandaverit secrete teneri, sub debito obedientiae et poena praestiti iuramenti contra intentionem mandantis, minime revelentur.

³⁹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 20. TIF.): „post idstud statutum publicabit quod infra pro xo habetur rubrica nona et deinceps ßm signo“. Die Lesung ist nicht sicher.

⁴⁰ Im Statutenbuch (Datei S. 21 TIF.): „Rubrica V.“.

V, 3 Item rector audiat quemlibet in consilio patienter in ordine suo, in principiis congregationum praecipiendo, ut nullus loquatur, nisi ordine ipsum tangente et ipso rectore praecipiente, sub poena quatuor solidorum irremissibiliter persolvenda, medietate illius inter rectorem et promotorem aequaliter dividenda et rectore exigere negligente et promotore prosequente, eidem promotori tota cedit medietas poenae. Rector vero in hanc poenam incidens tantum solvet, quantum is, cuius poenam exigere neglexit iuxta statutum prius habitum de officio rectoris, capitulo duodecimo.

V, 4 Item rector honeste se habeat in audiendo quemquam de consilio universitatis, nec iudicium alicuius dictum, seu votum⁴¹ verbo vel facto vel gestu levi pendat aut vilificet seu personam dehonestet, sub poena octo solidorum, totiens quotiens ab ipso per promotorem vi suae fidelitatis irremissibiliter extorquenda et medietate ipsius promotori exequenti tribuenda.

immutabile

V, 5 Item nemo in consiliis dicat alteri convitia, turpia, inhonesta, seu alia, unde non similiter displicentiae, rixae et odia directe vel indirecte poterunt generari, et si quis contrarium fecerit a consilio universitatis et actibus scholasticis actu sit suspensus et de caetero non vocandus, donec sufficientem emendam infra mensem ad longius fecerit universitati et ideo rector talem debet non vocare per cursores ad consilium universitatis secundum tenorem statuti sequentis, qui etiam conclusus per consilium contradicere non valebit.

immutabile

V, 6 Item rector universitatis congregationem

1018

non faciat per quam actus scholastici impediuntur, nisi necessitas vel evidens illud utilitas exposcat. Etiam non vocet ad consilium, nisi illos, quorum interest adesse, secundum statuta universitatis, et omnes ad consilium pertinentes praecipiat vocari per cursores. Exclusos vero aut a consilio suspensos tenetur non vocare. Quod si secus fieret, quicquid ordinaretur aut concluderetur in huiusmodi consilio, illis praesentibus, irritum fiet et nullius firmitatis.

⁴¹ Im Statutenbuch (Datei S. 21 TIF.) „votum“; bei Westphalen (Sp. 1017): „notum“.

V, 7 Item rector, magistris et doctoribus insinuare debet in cedula convocationis materiam et causam consilii, nisi rationalis causa ipsam materiam consilii vel convocationis prohiberet revelari, quod in cedula convocationum debet explicari. Quod si secus fieret, ordinatio vel conclusio pro ista vice facta nullius sit roboris aut firmitatis.

immutabile

V, 8 Item rector quotiens necessitas occurrit, consilium universitatis congregabit seu convocabit sub poena pecuniaria, nec non sub poena non contradicendi, ut praemissum est, omnes convocando ubi quilibet de consilio dicere tenetur ad proposita vel proponenda in eodem consilio per rectorem, illud quod sua ratio et conscientia dictat per iuramentum praestitum universitati et quicquid maior pars dixerit, illud est concludendum et immobiliter observandum salvo, quod non fiat contra statuta ad immutabilitatem limitata et quod in praedudicium universitatis aut cuiuscunque facultatis praecipue statutorum eorundem nihil acceptetur.

immutabile

V, 9 Item rector vel cuiuscunque causa in consilio agitur, debet cedere, donec fiat deliberatio illius causae, in quo casu locum rectoris sequens in ordine obtinebit.

immutabile

V, 10 Item propter dissensiones in universitate vitandas et odia cavenda, volumus et statuimus, quod quilibet de consilio universitatis aut cuiuscunque facultatis debet et tenetur in omni casu et causam suam propriam vocem et cuiuslibet alterius vocem in consilio datam, fideliter celare, neque verbo aut alio signo cuiquam revelare sine fraude et dolo et si quis de contrario convictus fuerit, suspendatur de consilio tanquam membrum ineptum, et nocivum, nec recipiatur, nisi rigorosa praevia satisfactione cum obligatione et cautione sufficiente de simili excessu praecavendo. Et si quis super huius modi excessu, delatus aut denunciatus fuerit aut etiam suspectus vehementi suspicione, rector vel decanus consilio praesidens debet et tenetur a tali sic denunciato aut suspecto exigere expurgationem, quam si forte recusaverit, tanquam convictus a consilio suspendatur, et si non fuerit emendatus, suo stipendio privetur cum effectu.⁴²

⁴² Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 22. TIF.): „De silentio fideliter servando qui ad facta et data consilii“.

immutabile

V, 11 Item ad servandum divinae caritatis praecipuum et propter scandala inferiorum et simplicium, ad honorem dei et hominum pacem atque pro nostrae universitatis conservatione et incremento salutari et pro conservatione exemplari, ad quam doctores aliorum et directores dinoscuntur obligari. Hortamur in domino Iesu Christo, quod universitatis nostrae supposita et membra et praecipue superiores et aliorum directores in omni conservatione et vita sint exemplares, et in caritate et bono amicitiae⁴³

1019

unanimis et concordis. Et quia vita humana in sua conservatione vix et difficulter absque mutua displicentia continuari potest. Statuimus et inviolabiliter volumus observari, quod si inter superiores, qui dicuntur actu regentes in universitate sive inter aliquas facultates, qui sunt de universitate aut alicuius facultatis consilio mutua oriatur displicentia et dissensio caritativae unionis et amicitiae turbativa, odii et rancoris generativa. Si huiusmodi pacis et amicitiae turbatio inter aliquos qui de consilio universitatis fuerit orta aut inter aliquos qui non sunt de consilio universitatis: Rector quando illi talis dissensio innotuerit partes primo seorsum citabit et utraque parte ad plenum audita, si non per se et solus sufficit, media amicabile compositionis invenire attemptet, assumtis viris consultis et pacis amatoribus de consilio universitatis instet diligenter pro discordantium amicabili unione, increpet, redarguat, tortetur pro pace, et si opus est, petat. Quod si aliqua partium suo sensu innititur implacabilis existens, convocet rector universitatis consilium, et si finaliter aliqua partium obstinata fuerit, et pertinax in rancoris malitia, et rebellis rectori et universitatis consilio, primo ad tempus suspendatur, et si in contumacia et rebellionem perseveraverit, absque ulteriori patientia ab universitate excludatur cum effectu. Et si vero aliqui de aliqua facultatum aut de consilio alicuius facultatis inter se adversi fuerint et discordes eiusdem facultatis decanus similiter cum diligentia sine dilatione agat pro eorum concordia et pace. Si vero concordare non poterit, referat ad rectorem et universitatis consilium, ut procedatur modo supra dicto. Et si vero inter duas facultates dissensio fiat, rector aliis vocatis facultatibus iudicet inter facultates discordes et dissensionis causam penitus evellat. Ad praesens statutum astricti sunt rector et cuiuslibet facultatis decanus aequali obligatione, qua obligantur ad procurandum et conservandum universitatis bonum. Si negligentes fuerint, super his ipsorum negligentiam promotor accusabit.

⁴³ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 22. TIF): „De discordia regentum gubernanda“. Die Randbemerkung ist kaum lesbar.

V, 12 Item volumus et statuimus, quod quilibet actu regens habeat infrascripta statuta, suum statum et suas condiciones concernentia, ut sciat, quae fuerint agenda et per ipsum praecavenda. Et omnis stipendiatus et qui est de consilio universitatis debet et tenetur habere statuta universitatis, ut se ex illis informet in agendis et decernendis atque definiendis pro bono universitatis et eiusdem suppositorum regulatione.

V, 13 Item universitas habeat notarium publicum, qui singulis actibus rectorum et consiliariorum in iudiciis debet adesse. Et in omni congregatione consilii universitatis et in aliis actibus solennibus⁴⁴ universitatis vel cuiuscunque facultatis, dum per decanum fuerit requisitus.

V, 14 Item quilibet notarius universitatis debet esse obligatus ad procurandum pro incolis huius oppidi Rostochiensis vel pro ipso oppido coram iudice ecclesiastico ordinario vel delegato, suo stipendio salvo. Potest tamen universitatis consilium alium procuratorem quem cognoverit idoneum eidem oppido vel ipsius in-

1020

colae aut incolis ad praemissum officium deputare. Eodem iure quemlibet de cursoribus, si idoneus fuerit, volumus efficaciter obligari.

Iuaremantum notariorum ad consilium universitatis recipiendorum: ⁴⁵

“Ego N. iuro vobis domino rectori et consilio universitatis Rostochiensis, quod volo omnia per maiorem, saniolem et potiolem partem consilii universaliter conclusa fideliter conscribere et celare, donec universitas decreverit huiusmodi publicanda, nullius notum vilipendere aut extra consilium alicui seu cuiquam notitando, neque contra universitatem officium meum exercere et deposito notariatus officio singula per me collecta, protocollata et instrumentata cum annotatione partium, anni, loci, mensis et diei apud universitatem relinquere, realiter et cum effectu tradere. Sic me deus adiuvet et eius sacrosancta evangelia signo crucis munita et subnixa salvo etiam primi ingressus iuramenti in omnibus hic similiter haberi pro inserto etc.

⁴⁴ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 22. TIF.): „De notario universitatis“.

⁴⁵ Im Statutenbuch Einschub von anderer Hand (Datei S. 23. TIF.): „Iuramentum notariorum...pro inserto etc.“.

Rubrica VI.⁴⁶**De officio promotoris**

VI, 1 Quia universitatis rector propter varias distractiones atque occupationes⁴⁷ impeditivas in executione sui officii multifarie impeditur, ideo ut nulla fiat negligentia in statutis servandis et in excessibus corrigendis atque in variis periculis praecavendis volumus et statuimus, quod in universitate semper debet esse generalis promotor et superintendens, cuius officium sit, diligenter et fideliter curam agere et sollicite animadvertere, ut statuta universitatis a quolibet supposito universitatis illaesa conserventur et excessus exorbitantium cum effectu puniantur. Et ideo eius officium respectum habebit ad omnes excessus, defectus, negligentias in universitate et singulis facultatibus exortos et a quibusvis suppositis cuiuscunque gradus, eminentiae vel conditionis existant, commissos, etiamsi huiusmodi excusus sive negligentiae per rectorem universitatis aut per alicuius facultatis quatuor facultatum decanum aut per stipendiatos aut regentiarum rectores in lectionibus legendis vel neglectis aut minus diligenter lectis aut exercitiis aut quovis alio modo committentur, ita quod omnes aut singuli excusus aut negligentiae cum effectu dignis puniantur poenis et puniendo corrigantur et emendentur, nisi aliqua rationali causa a domino rectore et suis consiliariis aut a consilio universitatis approbata foret supersedendum aut a puniendo cessandum simpliciter vel ad tempus differendum.

VI, 2 Item volumus et statuimus, quod tempore electionis rectoris statim in eadem convocatione fiat electio promotoris aut determinetur et exprimatur quis sit et debeat esse promotor per instantem medium annum, qui etiam in congregatione universitatis facta ad audiendum renunciari novum rectorem post novi rectoris pronunciationem coram omnibus suppositis pronuncietur. Et simul eadem hora per rectorem statuta officium promotoris concernentia distincte et intelligibiliter legantur, quia talis modus promulgationis apparet magis honorificus promotori et debita reverentia ad eundem habenda attentius

1021

⁴⁶ Im Statutenbuch (Datei S. 23. TIF.): „rubrica vi“, aber nicht bei Westphalen.

⁴⁷ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 23. TIF.): „occasiones“ Die Streichung wurde ersetzt durch „occupationes“. Im Text steht als Kürzel: „occones“; Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 23. DIF.): „prn per dominum rectorem insigm publicantur statuta...“.

imprimatur cuilibet auditori. Et eadem hora promotor praestabit novo rectori fidem sub hac forma, quod manu data rectori dicet rector: “Vos promittitis bona fide, quod fideliter velitis agere et exercere officium vestrum secundum statuta nostrae universitatis?” et respondebit: “Promitto.” Statutum vere fidelitatis, quod promotor in sui officii exercitio servare promittit, sequitur explicite sub hac forma.⁴⁸

VI, 3 Item quilibet qui in promotorem electus fuerit pro tempore sub bona fide promittat ad manus rectoris noviter electi et iurati, quod suum officium velit fideliter exercere, neminem scienter iniuriari, neque cuiquam culpabili et excedenti propter amorem, odium aut favorem aut timorem, propter munus vel propter familiaritatem super excessibus et culpis digne puniendis parcere velit, culpam eius non emendatam supprimendo aut non accusando, neque propter odium, iram aut indignationem quemcunque minus iuste calumniari aut accusare videlicet innocentem scienter deferendo aut minorem seu parvam culpam ex proposito et corrupta intentione maiorando.⁴⁹

VI, 4 Item quotiescunque rector universitatis per promotorem super aliqua causa aut aliquo excessu seu negligentia tribus vicibus admonitus, maneat negligens, neglecta non emendans, promotor debet et tenetur rectoris negligentiam aut excessum praesente rectore proponere in consilio universitatis in spem emendationis puniendam. Et si consilium poenam a rectore decreverit exigendam, illam promotor exigere tenetur cum effectu, cuius medietatem fisco universitatis applicabit et aliam medietatem promotor habebit.⁵⁰

VI, 5 Item promotor ex suo officio audire debet omnes denunciantes sibi negligentias aut excessus, videlicet magistros, doctores, licentiatos, baccalarios, studentes sive scholares super singulis excessibus, seu etiam negligentis commissi et praecipue contra universitatis statuta et huiusmodi excessus et negligentias rectori deferre, requirendo eundem, quatenus corrigenda corrigat et praevicatoribus aut negletoribus dignam infligat poenam. Quod si rector negligens fuerit, post trinam admonitionem, eius negligentiam universitatis consilio proponere tenetur, ut a consilio praedicto utriusque excessus, videlicet rectoris et excessus ipsius denunciati simul

⁴⁸ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 23. TIF.): „promissio promotoris“.

⁴⁹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 23. TIF.): „tertium“.

⁵⁰ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 23. TIF.): „non“.

corriganur et emendentur. De poena vero dictata rector nihil, sed promotor duas tertias habebit, una tertia debebitur universitati, nisi alius modus dividendi, in aliquo statuto singulariter fuerit expressus.

VI, 6 Item promotore, ut praemittitur, pronunciato sequens statutum legendum est suppositis universitatis, quod quilibet studentium ipsi promotori denunciare potest negligentias et excessus magistrorum, doctorum, licentiariorum et baccalauriorum, quos committunt minus diligenter legendo aut disputando aut non ordinando lectiones pro Scholaribus sufficientes in quacunque etiam facultate huiusmodi defectus committantur, similiter denunciare potest de regentiarum rectoribus, si quas negligentias aut excessus commiserint contra suas regentiales.

VI, 7 Item promotor sub bona fide praestita rectori tenetur non alicui unquam de-
1022

nunciatorem manifestare et fideliter celare, nisi ex veris et certis indiciis et coniecturis promotor possit scire aut certitudinaliter coniecturare, quod denunciator odio, fraude aut dolo prodisset et nequitiose ad calumniandum aliquem magistrum vel rectorem regentiae infamandum, qui proditor pro quantitate sui excessus digna poena a consilio universitatis esset puniendus.

VI, 8 Item promotoris officium per medium annum durabit, ut eius officium cum rectoratu novo incipiat et cum antiquo finiatur et novus succedat, eligendus secundum decretum universitatis.

VI, 9 Promotor in omni consilio universitatis debet esse praesens et accusare non praesentes et poenas de singulis exigere, nisi aliquis absentium causa rationali, quam consilium duxerit approbandam, rationabiliter excusaret, qui dum moniti fuerint et dare recusaverint ad duplum teneantur, quod si non persolverint, dent triplum, quod si recusaverint, sint suspensi a consilio et graviore poena per consilium puniendi.

VI, 10 Item in consilio universitatis proponat promotor excessus periculosos et negligentias quascunque aut quaecunque pericula, quae vergunt ad detrimentum universitatis, ut consiliis et circumspectionibus eorum, qui in consilio sunt, praeviantur et emendentur.⁵¹

VI, 11 Item illud officium soli stipendiati, qui sunt de consilio universitatis secundum certum ordinem et decretum universitatis consilii habebunt, et si quis officium et munus promotoris subire recusaverit, stipendio suo pro dimidio anno carebit, fisco universitatis applicando et alius in locum suum in promotorem eligatur et deputetur. Si vero acceptaverit, sed suum officium cum effectu non exercuerit, diligenter et fideliter excedentes denunciando, ut per consilium universitatis corrigantur in stipendio sui medii anni punietur secundum quantitatem delicti maius vel minus eidem defalcando. Nihilominus ad lectiones legendas suas per suum tempus aequaliter astringetur. Potest tamen aliquis in promotorem electus et deputatus cum consensu rectoris et consilii universitatis alium de stipendiatis in locum suum subrogare, qui similiter fidem praestabit et ad singula onera promotoris dum acceptatus fuerit, obligetur.

VI, 12 Item promotor debet habere universitatis statuta et secundum ea officium suum peragere diligenter.⁵²

VI, 13 Item nullus alius quam aliquis stipendiatus in consilio existens debet esse promotor inter quos primus promotor erit, quem sors in eligendo dederit et de post absque sorte continuabitur, promotor secundum ordinem sessionis stipendiatorum in consilio universitatis, nisi ordo tangeret antiquum vel novum rectorem tunc enim sequens in ordine gerere debet promotoriatum officium et sic in ordine consequenter ab infimo ad caput et a capite, ad infimum ascendendo et descendendo ad officium promotoriatum.

VI, 14 Item protestamur, quod in supradictis statutis et aliis infra scriptis non volumus neque intendimus, evangelicam excludere doctrinam de fraterna correctione; sed eam magis volumus in singulis traditionibus et statutis praesupponi et fideliter observari. Quia occulta crimina, nisi sunt multum periculosa, quando non

⁵¹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 24. TIF.): „septimum post h legatur statutum de ensoribus inf nosn modo memori“. Die Lesung ist unsicher.

⁵² Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 24. TIF.): „hic sequuntur statua de...sadabus“.

1023

statim remediatur et emendantur absque privata emendatione praevia non publicabuntur denunciando, ita quod nullus contra iuris ordinem, et cum fraternae caritatis laesione laedatur, in sua forma etc.

Rubrica VII.⁵³**De ordine facultatum et promovendorum, et primo de facultatibus in generali.**

immutabile

VII, 1 Primum nulla facultas aliquid statuat vel attemptet, quod sit contra universitatem vel aliquam aliarum facultatum directe vel indirecte vel quovis alio modo statutumque in contrarium factum, sit irritum et inane.⁵⁴

immutabile

VII, 2 Item nullus detrahat facultati cuiquam in scholis, in collationibus, in lectionibus, in principiis vel alias ubicunque sed quaelibet facultas in suo honore conservetur, si quis de opposito convictus fuerit, si sit magister vel doctor, sit actu suspensus ab actibus et a consilio universitatis donec secundum dictamen consilii emendam sufficientem fecerit, universitati et facultati quam offendit, et si emendare non curaverit infra mensem a tempore declarationis suspensionis ad arbitrium consilii penitus ab universitate sit exclusus.

immutabile

VII, 3 Item quod consilium universitatis non se intromittat de iis, quae specialiter pertinent ad aliquam facultatem, nisi requisitum vel in casu negligentiae, quam promotor tenetur denunciare et tunc monitione praemissa, si aliqua facultas negligens reperta fuerit, poterit consilium providere, nisi in iis, quae videntur praevudicare universitati, aut alicui facultati, quia in his potest rector, ut tenetur irrequisitus providenter vigilare.

⁵³ Im Statutenbuch (Datei S. 24. TIF.): „Rubrica vii.“, aber nicht bei Westphalen.

⁵⁴ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 24. TIF.): „D. Berg confe.“.

immutabile

VII, 4 Item in membris diversarum facultatum hic ordo servandus est. Facultas theologica suprema habetur et prima dignitate, facultas iuris canonici et legum locum tenet secundum, postquam sequitur facultas medicinae, sed facultas artium locum tenet quartum, secundum hunc ordinem erit doctorum et magistrorum ordo, quotiens convenerint nomine universitatis videlicet in processionibus in oblationibus faciendis, in missis universitatis et in consiliis suas voces dicendo, in quibus consiliis non habetur respectus ad praelaturas membrorum universitatis, si quas habent in collegiis vel ecclesiis cathedralibus, sed quivis habebit in actibus universitatis ordinem suum pro gradu aut praelatione, quem vel quam quis habet in universitate, unde rector universitatis semper tenebit supremum locum, de post erunt magistri in sacra theologia secundum sua senia in ordine et loca eis assignata, ita quod senior ipsorum procedat, deinde senior post eum usque ad finem excepto, quod decanus facultatis eiusdem omnes illius facultatis magistros antecedit iuxta electionem eorum. De post doctores in iure canonico et in iure civili secundum sua senia. Item quod si doctor in legibus senior esset, etiam praecederet doctorem in iure canonico iuniorem et nullum habebit in loco ex hoc praerogativum, quod in utroque iure est promotus, sed semper attenditur gradus, in quo est senior. Et decanus facultatis non anteferetur aliis, sed in actibus universitatis manebit in loco sui senii. De post doctores in medicina secundum sua senia et

1024

loca eis assignata, Deinde licentiati in iure, non faciendo differentiam in uno iurium tantum vel in utroque et inter ius canonicum, vel civile. Deinde licentiati in medicina secundum sua senia et loca eis assignata. De post decanus facultatis artium, post quem baccalaurei in sacra theologia formati et post eos magistri in artibus secundum ordinem suum (salva collegiatorum praerogativa, quos iuxta senium in collegiatura, volumus post decanum facultatis artium immediate locari) et licet inter eos aliquis fuerit alterius gradus vel aliorum graduum citra licentiam, ille tamen manebit in ordine suo non ascendendo.⁵⁵ Post quos ibunt baccalaurei iuris canonici et legum secundum eorum senia et loca assignata. Et post illos baccalaurei in medicina, deinde baccalaurei in artibus. Si etiam religiosi fuerint baccalaurei in theologia non fortuiti illi inter magistros artium collocabuntur, secundum quod decentius fieri poterit. Si vero affuerint nobiles, qui excedunt simplices militares, ut duces, comites et barones et similes,

⁵⁵ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 26. TIF.): „Locus baccalaureorum iuis“.

secundum suos status sunt praeferendi, post rectorem universitatis inter doctores locandi. Similiter si affuerint nobiles⁵⁶ praelati huius universitatis membra aut non membra, ut praepositi, archidiaconi, decani, thesaurarii, cantores, scholastici et similes, praecipue cathedralium, ecclesiarum, similiter abbates et praepositi canonicorum regularium sic locentur et ordinentur abbas doctoribus praeferatur et praelati superiores, alii vero inter doctores honorentur, sint tamen discreti doctores, ut bene considerent, quem recipiant inter se locandum, ne in consuetudinem deducatur, quod etiam quilibet de personis nominatis, ut decani, archidiaconi etc. velit sibi huiusmodi locum tanquam de iure debitum usurpare. Similiter si actibus scholasticis affuerint proconsules vel consules alicuius nominatae civitatis et praecipue Rostochiensis, qui huius sunt universitatis fundatores ac manutentores aut extranei militares, locentur inter doctores et magistros secundum celebritatem suarum conditionum. Principales lectores religiosorum monasteriorum in scholis nostris et actibus scholasticis honorentur et locentur post sacrae theologiae baccalaureos non formatos aut inter magistros. Hunc ordinem cursores universitatis scire debent et sub poena conservare.

immutabile

VII, 5 Item nullus magistrorum vel doctorum praesumat contra ordinationes vel consuetudines in universitate tentas, aut servatas,⁵⁷ aliquem promovere sub poena perpetuae exclusionis ab universitate, tam promoventis quam promoti et centum florenorum Renensium irremissibiliter solvendorum a quolibet et universitati, ut de aliis poenis applicandorum.

immutabile

VII, 6 Item nullum membrum nostrae universitatis Rostochiensis in studio nostro promoveri attemptet ad aliquem gradum cuiuscunque facultatis a aliquo magistro vel doctore, qui non fuerit iuratum membrum universitatis eiusdem aut ab aliquo, qui secundum statuta universitatis vel alicuius facultatis ab actibus scholasticis est suspensus sub debito praestiti iuramenti et perpetuae exclusionis ab universitate ante dicta, exce-⁵⁸

⁵⁶ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 26. TIF.): „tam in facultatibus qua universitatis duntaxat“.

⁵⁷ Im Statutenbuch (Datei S. 27. TIF.) ist zwischen „servatas, ...aliquem“ ein Satz ausrasiert.

⁵⁸ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 27. TIF.): „no de promotione in facultatibus duobus“. Die Lesung ist fraglich.

1025

pta tamen moderatione in sequentibus statutis exprimenda.

Iuramentum examinatorum:

immutabile

VII, 6 Item totiens quotiens convenerint examinatores cuiuscunque facultatis, quilibet eorum publice in conspectu rectoris notario universitatis praesente praestabit iuramentum sub hac forma: "Ego N. iuro, quod omni favore et odio excluso, diligenter absque dolo examinabo ad examen talis gradus admissos seu praesentatos, quibus examinatis vel quo examinato iudicio meo idoneum et dignum moribus et scientia ad praedictum gradum approbabo, indignum et non idoneum in praedictis reprobando. Et quod occasione examinis eiusdem nihil accipiam, nec accipi, nec in re, nec in spe seu promissione ab aliquo examinandorum gratia cuius idoneum ad illum gradum approbabo, sic me deus adiuvet et sanctorum evangeliorum conditores."

Iuramentum examinandorum.⁵⁹

VII, 8 Item promovendus in conspectu rectoris et notarii publice sic iurabit: "Ego N. iuro, quod occasione gradus recipiendi baccalaureatus vel licentiae, examinatori vel examinatribus, promotori vel promotoribus praesentatori vel praesentatoribus non dedi seu promisi, non dabo seu promittam per me vel per alium, directe aut indirecte quicquam pecuniae aestimabile animo tali, quod per donum vel per dona mihi minus idoneo gratiam promotionis acquiram ad hunc gradum assequendum. Sic me deus adiuvet et sanctorum evangeliorum conditores."

Item anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, feria sexta ante Martini, facta plena convocatione universitatis apud sanctum Iohannem in loco solito, post multa finaliter conclusum fuit concorditer nemine contradicente, quod promovendus in magistrum sive in baccalaureum in artibus ac baccalaureum vel licentiatum in theologia, iure canonico vel civili vel medicinis, debeat et debet de praesenti, si et in quantum voluerit, aliam universitatem citramontanam causa studii intrare, hic in Rostock primo complere et complevisse suum biennium. Et hoc fuit a singulis facultatibus, quia tunc praesidentes omnes in eisdem fuerunt praesentes, acceptatum et sic debet inviolabiliter observari. Et hoc promovendus in

⁵⁹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 27. TIF.): „iuramentum praestandum per examinandos“.

facultatibus, quibus supra suo firmabit iuramento, quod praestabit tempore promotionis vel receptionis licentiae in genere publice in lectorio vel scholis sub relatione ad hoc statutum, quod unaquaque facultas tenebitur habere scriptum inter statuta suae facultatis.

T. Lukke notarius de mandato universitatis.⁶⁰

Rubrika VIII.⁶¹

De officio consiliariorum et qui debeant esse consilarii seu rectoris assessores.

VIII, 1 Novi rectoris universitatis assessores debent esse antiquus rector et promotor, notario universitatis assistente, quorum officium sit assistere rectori in iudiciis et quotiens tractaverit causas contentiosas ad se delatas et alias eum visitare, quotiens ipsos duxerit advocandos ad minus bis in septimana, videlicet feria tertia et feria quinta, in loco et hora a rectore deputatis. Et post medium annum rector deposito officio et novo succedente ipse erit una cum promotore consiliarius novi recto-

1026

ris, antiquo rectore consiliario abcedente in locum ipsius subrogatus. Item consiliarius ad vocationem rectoris non veniens incidere debet totiens quotiens in poenam quatuor alborum irremissibiliter solvendum.

Rubrica IX.⁶²

De officio rectorum regentiarum

IX, 1 Primum nullus regentiarum rector teneat vel foveat scienter in domo sua discolum vel immorigeratum sub poena medii floreni.

IX, 2 Item regentiales debent subesse et debitam reverentiam exhibere rectori suo, eique parere in his, quae regentiam concernunt et regimen eiusdem.

⁶⁰ Einschub im Statutenbuch, der im Jahr 1452 vorgenommen wurde (Datei S. 27. TIF.): „Item anno domini...T. Lukke notarius de mandato universitatis.“

⁶¹ Im Statutenbuch (Datei S. 28. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Rubrica viii“.

⁶² Im Statutenbuch (Datei S. 28. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Rubrica ix“.

IX, 3 Item regentiales cum suo rectore contendere non debent, nec sibi convitia dicere sub poena medii floreni, totiens quotiens huic statuto contravenerint persolvendi.

IX, 4 Item quilibet regentialis ad omnia iura regentia teneatur, videlicet ad ponendum pro mensa et potu et ad alia onera regentiae sustinenda, nisi rationalis causa ipsum a talibus excusaret.

IX, 5 Item regentiae claudi debent post sonum campanae vigilum sub poena medii floreni, quem rector regentia ad fiscum solvet, quotiens in hoc negligens fuerit repertus.

IX, 6 Item clavem regentiae rector habeat vel eius fidelis commissarius.

IX, 7 Item rector regentiae debet pro suis regentialibus quolibet die post prandium et post coenam unam brevem disputationem vel lectionem scholasticam tenere seu teneri facere in materia ipsis competenti sub poena remotionis a regentia.

IX, 8 Item inobedientes et rebelles et discoli et praecipue illi, qui conspirationes, discordias, aut alia illicita in regentiis excitant, dum convicti super his fuerint de regentiis dimittantur et cum effectu expellantur, nihilominus integrum censum poenam suorum excessuum solvere teneantur.

IX, 9 Item sic dimissi aut expulsi propter dictas causas et consimiles alibi ad alias regentias nullatenus recipiantur, nisi consilium universitatis duxerit eos recipiendos. Alioquin eos recipiens a regimine regentiae sit exclusus et nihilominus decem florenos fisco universitatis applicandos.

IX, 10 Item regentiales sub poena totiens quotiens unius obuli latine loquantur et horis lectionum et exercitiorum nullatenus in plateis aut campis vagentur sub poena quatuor solidorum regentiae applicandorum, quam rector regentiae exigere tenetur et finaliter rectori universitatis debitorem, si non solverit denunciando sub poena octo solidorum.

IX, 11 Item nullus regentium turpia faciat vel loquatur, nec cum aliquo iniurie se contendat et praecipue in mensa aut inter socios sub poena ad minus quatuor solidorum aut maiori, quam rector universitatis super huiusmodi excessu convicto pro modo excessus duxerit infligendam.

immutabile

IX, 12 Item nec regentis, nec aliquis studentium aliquem ludum inhonestum, nocivum aut inconsuetum, civium aut vicinorum provocatorum in domo vel in plateis habeat aut artem dimicatoriam exercent, scholas habendo vel ipsas instituendo in nocte vel in die sub poena totiens quotiens ad minus medii floreni aut maiori, prout rector universitatis cum suis consiliariis duxerit infligendam.

IX, 13 Item

1027

nullus graduatorum seu studentium sine dispensatione praesumat portare cultellum trusilem hic in civitate sub poena amissionis eiusdem et quatuor solidorum fisco universitatis applicandorum totiens quotiens contraierit huic statuto.

Item nullus studentium cultellos portet trusiles de nocte vel in die aliquo modo in plateis, sub poena unius medii floreni Renensis, quotiens contravenerit irremissibiliter universitati solvenda cum amisione etiam cultelli, contra faciens, si requisitus desuper per quemcunque universitatis nomine et poenam solvere et cultellum tradere recusaverit dabit in poenam florenum Renensem integrum, quem si contumacia iterum exigente solvere denegaverit ab universitate et eius privilegiis sit exclusus.⁶³

IX, 14 Item statuimus, quod nullus conveniat domum pro regentia, nisi ex dispositione universitatis sit exclusus,⁶⁴ sub poena decem florenorum et suspensionis a regendo.

IX, 15 Item nullus regentiarum conventor aliquam domum conveniat ante duos menses mutationis regentiarum in qua alter moratur, nisi prius requisierit conventorem inhabitantem, an

⁶³ Im Statutenbuch von anderer Hand unter IX, 13 ergänzt (Datei S. 29. TIF.): „Item nullus studentium...sit exclusus.“; bei Westphalen (Sp. 2028.).

⁶⁴ Nicht im Statutenbuch, aber bei Westphalen (Sp. 1027.): „sit exclusus“.

resignare velit domum conductam vel retinere sine dolo et fraude, sub poena duodecim florenorum pro medietate fisco et pro medietate conventori persolvendorum.

IX, 16 Item nullus studentium stabit extra regentiam per universitatem approbatam, nisi per consilium universitatis sit ad alias et alibi standum licentiatus licentia temporali, ut ad quartale anni, vel ad medium annum, ultra quod tempus, nisi nova habita licentia ab hospite suo non teneatur.⁶⁵

IX, 17 Item rector domus consilium universitatis deputandus sic fidem praestabit consilio universitatis: “Ego N. sub bona fide promitto, quod meis scholaribus, praesentibus et futuris in tali domo mecum commorantibus aut commoraturis, volo pro posse et nosse in moribus et disciplinis praesse, ipsos ad latine loquendum cogere, strepitus in domo et incommoditates, quibus scholares in domo et vicini vexarentur, non admittere, rebelles et discolos sub forma statutorum corrigi procurare et tandem cum opus fuerit consilio universitatis, ut de remedio provideant, denunciare, nec non domum horis statutis ab universitate firmitate non ficta ubique claudere et clausam tenere, cerevisiam quamcunque extraneam vel intraneam per me vel per alium vendere aut ducillatim vendi permittere. Et si solus rexero, ultra triginta ponentes regentiales, si vero alio mihi adiuncto, ultra quadraginta in regentia nostra non admittam aut assumam. Nec scholares alterius regentiae ad me colligere absque expresso consensu sui regentis aut rectoris universitatis et suorum consiliariorum. Et in fine temporis mihi concessi pro regimine domus ad manus⁶⁶ consilii universitatis regentiam libere resignare gratiose, si mihi ulterius regere placuerit, petendo in eodem regimine continuari. Et quodcumque a regendo desistam aut requiescam in aliquo termino, id universitati per dimidium annum ante ipsum terminum significabo et hic medius annus erit a Paschae ad Michaelis, tam quoad hospitem domus, quam etiam universitatem.

IX, 18 Item omnia clenodia et utensilia regentiae comparata per rectorem domus de communi collecta scholarium debent manere in dicta regentia mutato rectore et alio succedente. Nec tamen emi per rectorem novum ab antiquo rectore regentiae, quia utensilia sunt communitatis et

⁶⁵ Randbemerkungen im Statutenbuch (Datei S. 29. TIF.): „Non dir quod super habetur.“ und “habetur e super p...iiii stat.“. Die Lesung ist jeweils unsicher.

⁶⁶ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 29. TIF.): „vide et aliud iuramentum 37“.

non rectoris. Non tamen sic sunt sunt communitatis, quod quis membrum universitatis existens exiens aliquam regentiam suam partem de utensilibus exigere possit, quia spectant ad communitatem regentiae coniunctim, non divisim, ad communem usum, non ad propriandum. Nisi rector cum maiori parte regentialium, illa dimissa regentia, intraret aliam domum regendam, qui recipiat secum clenodia et utensilia prius comparata. Si vero aliqua domus regentialis penitus desierit esse regentialis et scholares illius regentiae ab invicem dissolvantur, facultas illius regentiae de utensilibus, quibus fuerint applicanda, providebit.

1028

IX, 19 Ita quia non vitatur malum, nisi praecognitum et audita statim de memoria dilabuntur, volumus et statuimus, quod in utraque schola vel iuristarum et artistarum in quadam tabula scripta appendantur universitatis statuta conclusionatim, excepto omnia supposita in agendis, et praecavendis generaliter regulantia cum mandato rectoris mandantis in eisdem scriptis, quod nullum membrum universitatis illam tabulam auferre debeat aut laedere inscindendo aut cancellando, apponendo vel delendo aut quovis modo deturpando sub debito obedientiae et praestiti iuramenti, ita quod contrarium huic mandato faciens aut facienti consentiens aut facientem sciens et celans rectori aut promotori non revelando, eadem poena astringatur et involvatur et tanquam auctor malitiae principali sit puniendus.

IX, 20 Item volumus et statuimus, quod in qualibet regentia universitatis studii Rostochiensis, similiter in paedagogio omnia et singula statuta regentialium regulativa et statuta rectorem vel rectores in eisdem respicientia habeantur appensa in folio pergameni sive in tabula in communi stuba sive in regentialium refectorio, ut nullus illorum super statutorum ignorantia possit excusari, ad quod deponendum et servandum obligabuntur rectores earundem sub poena suspensionis a regimine et sub poena quatuor florenorum, quando eorum negligentia fuerit evidens vel denunciata. Et similiter ad praedicta statuta sub forma expressa apponendum mandatum rectoris universitatis, ne quis audeat deturpare.

IX, 21 Item sicut rectores regentiarum astringi debent et sunt astricti per universitatis statuta, ut per illam horam, quae immediate sequitur prandium factum, quae non est deputata ad lectiones vel exercitia, similiter post coenam tractent stando vel sedendo materiam disputabilem, quae utilius creditur prodesse regentialibus, quam lectio, quia regentiales sic acquirunt disputandi

habitum et assumunt audaciam opponendi scholastice et respondendi, sic regentiales poenaliter debent astringi quod nullus eorum in huiusmodi exercitio se absentet sine causa rationali a rectore regentiali approbata vel approbanda, sub poena unius albi denarii, quem sub poena dupli sine rebellion eadem die, si monitus fuerit persolvere tenetur, excepto tamen, si aliquis graduatorum in eadem

1029

regentia staret praeter rectorem vel rectores, qui propter lectionem legendam aut exercitium habendum legitime fuerit occupatus, aut magister aut aliquis studens de aliqua facultate.

IX, 22 Item in eodem exercitio illi qui opponendo vel respondendo non sunt exercitati loco argumentorum dubia vel quaestiones eis dubiosas proponant respondentem vel respondentibus, qui respondentes inter se et oppositores ordinem habebunt in respondendo. Habebit etiam quilibet regentialis hanc libertatem, quod potest dubium movere in fine exercitii, quod in proximo exercitio per respondentem pro tunc locum tenentem aut per rectorem praesidentem erit dissolvendum.

IX, 23 Item licet non omnes sint asstricti ad respondendum, quia minus idonei excipiuntur, tamen non omnes sunt asstricti ad arguendum vel dubium proponendum in ordine suo, quia non omnes possunt proponere in una hora, nec respondens ad singula potest respondere, si quis in suo ordine negligit respondere aut opponere, solvat denarium pro poena.

IX, 24 Item dispositio et ordo respondentium et arguentium sit in ordinativa potestate rectoris illius domus, cuius dispositioni et ordini quilibet regentialis debet parere et se conformare.

IX, 25 Item sub poena duorum denariorum, nullus regentialis cachinnis seu contentionibus aut clamoribus aut interlocutionibus actum huiusmodi exercitii impedire debet et sub poena maiori vel minori secundum delicti quantitatem, cuius iudicium sit in dictamine rectoris domus. Et ideo in huiusmodi exercitio solummodo tres habeant loquendi facultatem absque poena, videlicet rector, praesidens in exercitio, respondens et oppositens et alii sub poena tacebunt, exercitio durante.

IX, 26 Item volumus et statuimus, quod regentiarum rectores non debent absque necessitate aut rationali causa tempore prandii vel coenae abesse mensa, nec debent adiunctis sibi specialibus et certis regentialibus quantumcunque sibi coniuncti sint extra refectorium aut in eodem refectorio pro quocunque tempore habere distinctam mensam a communi mensa, extra quam mensam communem regentiales esse non debent in commodis suis aut alias habendo distinctam mensam nisi infirmitatis causa aut alia causa rationali quam rector domus duxerit rationabiliter approbandam et petita licentia et simul obtenta a rectore regentialem, sub poena a rectore et universitate dictanda, cuius poenae una tertia pro mensa regentialem est tribuenda et aliae duae tertiae secundum statuta universitatis dividendae.

IX, 27 Item regentiarum rector rarissime permittat fieri convivia aut hospitem invitationes, quia evacuant bursas et sunt studii et finis intenti impeditiva et multum nociva, et si in aliqua regentiarum huiusmodi multiplicantur cum excessu, puniantur regentiarum rectores et huiusmodi conviviorum et invitationum auctores cum effectu rigore corrigantur.

IX, 28⁶⁷ Item volumus et statuimus, ne aliquis magistrorum aut graduatorum aut quocunque universitatis suppositum cuiuscunque conditionis aut facultatis fuerit, aliquam domum conducat aut de novo cum aliquo civium vel incolarum,

1030

conveniat pro regentia instauranda et noviter aptanda, nisi universitatis dictamine et licentia praehabitis et praesentibus ad minus duobus de consilio universitatis ad hoc deputandis, qui considerabunt valorem et situm domus et distantiam et vicinos, ne videlicet talibus domibus prostibulum coniungatur lateraliter vel ex opposito aut in loco vicino et qui pensent pretium domus et singulas circumstantias et pluralitatem regentiarum nimiam, quia in huiusmodi regentiarum instauracione, varia possunt accidere damna ex parte locantis, ex parte conducentis seu conventoris et ex parte regentialem et aliquando ex parte honestorum vicinorum, qui divites sunt et in oppido potentes, qui studentium strepitus aut vicinitatem abhorrent. Locans enim et aedificans damnificari potest, si numerus regentiarum iam existentium sufficit pro illis, qui assunt vel qui creduntur affuturi. Domus enim pro regentialem aptata, non est congrua pro civium inhabitatione et inde oriuntur querelae et odia et displicentiae multae contra universitatem. Conventores damnificantur, quando domus est inepta ex parte alicuius circumstantiae vel in suis

⁶⁷ Im Statutenbuch fehlt die Bezifferung.

substantialibus invalida aut pro magno convenitur precio. Etiam propter hoc domus regentiales multo precio in futurum appretiabuntur. Et magna distantia a schoia et prostibulorum vicinitas multum derogant et regentialibus sunt nociva. Quicumque ergo contra illud statutum egerit, a regimine suspendatur et nihilominus persolvat et satisfaciat cum pro suo damno et censu et solvat decem florenos pro poena secundum statuta dividendos.

Rubrica X.⁶⁸

De vita et conversatione studentium.

X, 1 Nullum membrum graduatum vel non graduatum universitatis habeat tonnam cerevisiae extraneam in domo sua, ingresso absque licentia promotoris, quae licentia non detur nisi praelatis aut graduatis regentias non tenentibus et dominis notabilibus volentibus pro mensa sua talem habere, non ut quaestum faciat, aut si aliquando rector regentiae pro solatio suorum non animo pocillandi habere voluerit. Contrarium faciens amittat cerevisiam pauperibus erogandam et solvat totiens quotiens unum florenum Renensem.

X, 2 Item de cellariis civitatis nulli membrorum universitatis porrigatur tonna cerevisiae extraneae non portandi signetam promotoris, quod conservatores cerevisiarum ad se recipiant, nulli membrorum de post communicandam vel forte ad ignem proiciatur emente vidente, praedictam licentiam dandi signetam pro habenda tonna cerevisiae, ut praemittitur, promotor vel alius ex parte universitatis non debet habere, donec super ista licentia per consilia universitatis et civitatis Rostochensis plenius fuerit tractatum et concordatum.

X, 3 Item nullum membrum universitatis admittat ludentes in habitatione sua ad talos vel alio modo pro pecuniis publice vel occulte aut etiam per se vel per alium ludis praedictis inter incolas oppidi Rostochiensis vel inter scholares ludat sub poena amissionis lucratorum et duorum florenorum universitati applicandorum.⁶⁹

⁶⁸ Im Statutenbuch (Datei S. 32. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Rubrica X“.

⁶⁹ Randbemerkungen im Statutenbuch (Datei S. 32. TIF.): „vide ruburm xi“; „hic pt interporn...“. Die Lesung ist unsicher.

X, 4 Item nullum membrum existens universitatis occulte vel manifeste, directe vel indirecte qualemcumque exercent

1031

mercantiam ultra pro habendo pecunias suo studio necessarias absque dolo sub poena amissionis ex mercantia quaesitorum et duorum florenorum totiens quotiens violaverit hoc statutum.

X, 5 Item post signum campanae vigilum, quae dicitur Wachterklokke nullus scholarium absque necessitate et rationali causa vadat per plateas et si causam rationabilem habuerit, vadat cum aperto lumine et per loca licita et honesta, sub poena tertiae partis floreni, fisco universitatis persolvendi.

immutabile

X, 6 Item nullus studentium ad choreas vadat civium, nisi ad illas specialiter absque praedestinatione, omni dolo cessante, fuerit invitatus, quod suo docebit iuramento, alias solvat totiens quotiens dimidium florenum fisco universitatis applicandum.

Immutabile

X, 7 Item quilibet scholarium incedere debet cum toga pro veste exteriori panni nigri, non blauri, bruneti, viridis vel rubei aut grisei coloris, non grossi Brunsvicensis,⁷⁰ nisi adeo pauper, quod tolerari possit et de paupertate fidem faciat,⁷¹ undique clausa talari vel quasi. Potest tamen habere in lateribus duo foramina pro brachiis extendendis et illa utatur in scholis et extra suam habitationem per plateas, ita etiam quod vestes subductae infra ipsam togam praenominatam non appareant. Aliter in plateis procedens aut in scholis vestitus existens, solvat totiens quotiens medium florenum universitati applicandum. A scholis et actibus scholasticis finaliter si perseveraverit excludendus, qua veste togata singuli graduati etiam, citra tamen gradum licentiae altiorum facultatum, ut theologiae, iuris et medicinae, se conformabunt, nisi habitum deferre voluerint suo gradui competentem, exceptis baccalaureis in theologia formatis duntaxat, qui

⁷⁰ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 33. TIF.): „Brunsvicen aut sibi sclis.“; bei Westphalen (Sp. 1031): „non grossi Brunsvicensis“.

⁷¹ Streichung im Statutenbuch (Datei S. 33. TIF.): „unus ulne valor duodecim solidos monetae lubicensis non excedat“.

licentiatis supra dictis et superioribus quoad vestitum sub statuto non comprehenduntur. Etiam excepti sunt plebani quatuor ecclesiarum parochialium in Rostock pro nunc regentes, nec non praepositus monialium sanctae crucis et archidiaconus Rostochensis pro nunc, qui praedicto statuto non nisi dum ierint ad lectiones et dum in ipsis fuerint, astringuntur. Liceat tamen scholaribus uti panno bono, pulcri coloris pro caputiis, manicis inquam moderatis et caligis, non tamen calceis, viridis, albi vel rubri coloris, Nec veste bipartita, contrarium faciens totiens quotiens solvat florenum universitati applicandum cum amissione calceorum, vestium bipartitarum aut manicarum. Et praeterea excipiuntur magistri artium, qui a tempore promotionis suae septimum annum compleverunt, ita tamen quod in veste talari et decente et comitante servitore incedant, quod si magistri taliter qualificati vel non qualificati aliter inceserint, suspensi sint actu a lectionibus, exercitiis et publicis actibus universitatis.⁷²

X, 8 Item nullus portet calceos alterius coloris, quam nigri.

X, 9 Item nullus portet cornetum aut cucullam cum liga capucio affixam et pileum laycalem nequaquam.⁷³

immutabile

X, 10 Item nullum membrum universitatis molestet aliquem sive consocium, civem, vicinum, aut sibi commorantem quemcunque oppidanum vel oppidanam Rostochiensem, facto vel verbo obloquendo, detrahendo, approbando vel aliquo modo iniuriando sub poena medii

1032

floreni aut maiori secundum decretum rectoris oppositum facienti infligenda.

X, 11 Item quilibet scholaris facta generali congregatione universitatis debet se ibidem praesentare et proponenda audire sub poena in mandato rectoris expressa.

⁷² Einschub im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 33. TIF.): „Et praeterea excipiuntur...actibus universitatis.“

⁷³ Ergänzung im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 33. TIF.): „et pileum laycalem nequaquam“.

immutabile

X, 12 Item quilibet scholaris debet exhibere doctoribus et magistris et praecipue rectori universitatis debitam reverentiam et honorem et servare pro posse et nosse statuta universitatis ipsum concernentia sub poenis secundum statuta aut decreta universitatis infligendis.

immutabile

X, 13 Item quilibet scholaris simplex habeat actu magistrum vel doctorem in hac universitate publice laborantem et regentem, cuius lectiones et exercitia studiose visitare debet, impedimento legitimo cessante, alias pro scholare non reputabitur ac privilegiis ac libertatibus gaudere non debet.

immutabile

X, 14 Item quodlibet membrum universitatis intra oppidum et extra Rostock debet procurare et conservare honorem et utilitatem consulatus et communitatis Rostochiensis et inhabitatorum ipsius, donec privilegiis et libertatibus universitatis non renunciaverit, coram rectore universitatis expresse.⁷⁴

X, 15 [Neue Fassung]

Item nullum membrum universitatis trahat aliud membrum de hac universitate in causa pecuniaria vel iniuriarum aut alia quacunquē quocunquē modo etiam exorta aut oppidanum vel oppidanam Rostochiensem extra oppidum Rostochiense, nisi idem oppidum sit illi insecurem sive universitatis rector sive universitas ipsa aut ordinarius competens ecclesiasticus oppido in eodem defiecre censetur, sub poena periurii, quam incurret ipso facto. Et quemlibet contra ipsum statutum facientem rector admonere debet, ut obediat statutis et praecipere ei, ut desistat, qui si rebellis et inobediens fuerit, declaret illum huius statuti poenam incurrisse. Et in terrorem aliorum in multis excessibus corrigendis expedit, quod universitatis rector contra rebelles et inobedientes publice procedat cum denunciatione in valvis ecclesiarum.⁷⁵

⁷⁴ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 33. TIF.): „consules communitatis Rostock“; „Hic publicorum...statuta De periurio...postea habetur...nova...signo +“.

⁷⁵ Im Statutenbuch Neufassung von X, 15 auf einem eingeklebeten Blatt (Datei S. 34. TIF.): „Item nullum...valvis ecclesiarum.“.

X, 15 [alte Fassung gemäß dem Text im Statutenbuch]⁷⁶

Item nullum membrum universitatis, cuiuscunque dignitatis, honoris ac status fuerit, utpote si etiam fuerit rex, dux, vel comes, ex causa civili vel prophana exorta inter ipsum et subditum oppidi Rostochiensis sive oppiddanorum eiusdem infra oppidi districtum aut opidanorumque alius vicisiliter nata non fuisset si ipse ad universitatem causa studii non vicisset praemissum subditum oppidi vel opidanorum extra eorum districtum in iudicium per se vel per alium trahere debet sed ex illa causa coram consulatum Rostochiensis oppidi talem subditum inpetet et ab ipso recipere duobus mensibus iusticie complementum. Praehabito tamen consilio quatuor principalium in iure regentium, si causa fuerit gravis: Si autem distulerit idem consulatus, actore invito, negligenter, eidem iustitiam ministrare infra duos menses praefatos et tunc poterit idem illam causam coram archidiacono Rostochiensis aut coram officiali episcopi Sverinensis in Rostock et non alibi per viam simplicis querelae proseguire et coram eodem uti iure communi sibi competenti, si locus fuerit sibi tutus. Contrarium faciens incurrat periurium ipso facto et causam, quam habet, consimiliter amittat.

X, 15 [Alte Fassung gemäß dem Text bei Westphalen]⁷⁷

Item nullum membrum universitatis cuiuscunque dignitatis, honoris aut status fuerit, utpote si etiam fuerit rex, dux, vel comes, ex causa civili vel prophana exorta inter ipsum et subditum oppidi Rostochiensis vel oppidanorum eiusdem infra oppidi districtum aut opidanorum vel aliquem ex consulatu oppidi Rostochiensis vel oppidanum que alias verisimiliter nata non fuisset, si ipse ad universitatem causa studii non venisset qualitercunque sive modo quocunque extra eorum districtum per se vel per alium trahere debet, sed ex illa causa coram consulatu Rostochiensis oppidi talem subditum impetere et ab ipso recipere infra duos menses iustitiae complementum. Praehabito tamen consilio quatuor principalium in iure regentium, si causa fuerit gravis: Si autem distulerit idem consulatus, actore invito, negligenter, eidem iustitiam ministrare infra duos menses praefatos et tunc poterit idem illam causam coram archidiacono Rostochiensis aut coram officiali episcopi Sverinensis in Rostock et non alibi per viam simplicis querelae proseguire et coram eodem uti iure communi sibi competenti, si locus fuerit sibi tutus. Contrarium faciens incurrat periurium ipso facto et causam, quam habet, consimiliter amittat.

⁷⁶ Im Statutenbuch X, 15 alte Fassung (Datei S. 34. TIF): „Item nullum...consimiliter amittat.“

⁷⁷ Bei Westphalen X, 15 alte Fassung(Sp. 1032.): „Item nullum...consimiliter amittat.“

X, 16 Zählung Statutenbuch [X, 18 Zählung Westphalen]⁷⁸

Item nullum membrum universitatis, cuiuscunque dignitatis, honoris aut status, ut praemissum est, si causam aliquam habere contingit adversus consulatum Rostochiensem aut civitatem ipsum aut ipsam non alibi conveniat, aut convenire debet, quam coram archidiacono Rostochiensi aut officiali episcopi vel archidiaconi in Rostock dummodo fuerit una de causis, de quibus in proxima constitutione, sub poena periurii et amissionis causae ipso facto.

X, 17 Zählung Statutenbuch [X, 19 Zählung Westphalen]⁷⁹

Multo magis volumus, quod nullus praemissorum ex aliqua causa praevericatarum vel per se, vel per alium directe vel indirecte quacunq̄ue calliditate aut machinatione aut aliqua diffidatione praemissa, deliberate et a praeposito, ordine iuris praetermisso, invadere debeat oppidum vel oppidanum vel oppidanos in bonis vel personis, sub poena periurii et honoris et ad praemissa quodlibet membrorum perpetuo debet manere obligatum, etiamsi coram rectore privilegiis et libertatibus studii renunciaverit expresse.

X, 18 Zählung Statutenbuch [X, 20 Zählung Westphalen]⁸⁰

Item nullum universitatis membrum graduatum vel non graduatum, cuiuscunque status vel conditionis fuerit aut eminentiae, attemptet vel audeat in quocunque casu aut quacunq̄ue occasione in contumeliam aut diffamationem aut in qualemcunque denigrationem rectorum seu consiliariorum oppidi Rostock et praesertim in parvi pensionem aut reprehensionem dominorum proconsulum oppidi praedicti detractiones, sinistras abusiones aut quascunque reprehensiones inhonestaturas bonae famae dissonas, infra vel extra muros oppidi Rostock evomere et eisdem detractare in laude vel honore, etiamsi offerret se casus vel causa in quo vel in qua dicti oppidi rectores contra privilegia et libertates et in praerudicium studii Rostochiensis agere aut egisse videantur. Sed si talis casus emerit, in quo in praerudicium universitatis studii Rostochiensis viderentur egisse quodlibet suppositum dictae universitatis potest adire universitatis rectorem vel eiusdem promotorem aut alium quemcunque voluerit, qui sit de consilio universitatis et huiusmodi excessum vel displicentiam de quoconq̄ue tali facto

⁷⁸ Im Statutenbuch (Datei S. 34. TIF.); bei Westphalen (Sp. 1032.).

⁷⁹ Im Statutenbuch (Datei S. 34. TIF.); bei Westphalen (Sp. 1032.).

⁸⁰ Im Statutenbuch (Datei S. 35. TIF.); bei Westphalen (S. 1033-34.).

1034

conceptam æquanimò proponere, ad dictae universitatis consilium referendum, ad quam relationem quilibet prae memoratorum existat obligatio, ut huiusmodi factum vel negotium in universitatis consilio matura tractetur deliberatione et inveniatur modus et medium, quibus huiusmodi praeiudicium amoveatur et universitatis utilitas debito ordine et modo decenti procuretur, si quis de contrario convictus fuerit, si sit stipendiatus per medium annum, vel ultra ad universitatis consilii arbitrium a susceptione sui stipendii suspendatur, si vero non fuerit stipendiatus secundum sui excessus quantitatem, servato rigore irremissibiliter puniatur, etiam sub eadem poena cuilibet excedenti irremissibiliter infligenda, inviolabiliter volumus observari, quod nullum universitatis nostrae membrum coram quibuscunque fuerit status vel conditionis, obloquatur vel detrahat contra universitatis statuta aut cuiuscunque facultatis studii Rostochiensis vilipendendo aut parvi pendendo aut asserendo ipsa statuta fore iniusta aut irrationabilia vel nullius efficaciae et vigoris, sed si alicui membrorum universitatis apparuerit et visum fuerit aliquod statutorum rectae rationi aut iustitiae contrarium, referat suum iudicium rectori aut promotori universitatis et ipse relator vocatus ad consilium universitatis exponat et proponat rationes et motiva, contra statutum vel statuta, ut universitatis consilium de ipsius rationibus et motivis iudicet et maturae discernat et si inventa fuerint efficacia, procedat universitatis consilium secundum formam traditam de statutorum immutatione. Sin autem statutum permaneat permanenter et efficaciter in vigore.

X, 19 Zählung Statutenbuch [X, 21 Zählung bei Westphalen]⁸¹

Item si alicui suppositorum universitatis Rostochiensis propter sui excessum, inobedientiam et rebellionem per eiusdem universitatis rectorem mandatum fuerit, quod infra certum terminum ab oppido Rostochiensi recedat et ante praefixum aut praefigendum terminum non revertatur ad oppidum praenominatum, ipsum suppositum huic mandato absque rebellionem sub poena periurii obedire tenetur, quod incurret de facto, nisi super mandato et termino praefixo fuerit per consilium universitatis dispensatum.⁸²

⁸¹ Im Statutenbuch (Datei S. 36. TIF.); bei Westphalen (Sp. 1034.).

⁸² Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 36. TIF.): „De periurio“.

X, 20 Zählung Statutenbuch [X, 22 Zählung Westphalen]⁸³

Item quia multipliciter et evidenter innotuit, quod universitatis quaedam supposita ludis taxillorum et aleis et similibus vacant et intendunt ludis nocivis et sua bona pro studiis doctrinarum a suis parentibus collata, in tabernis cum laicis in locis secretis, sub enormi damno et negligentia, nondum inutiliter, sed multum damnabiliter consumunt, volumus et statuimus, quod si aliquis de universitate cuiuscunque conditionis fuerit, super his denunciatus fuerit et convictus, videlicet quando se super his recusaverit expurgare, rigorosa poena puniatur absque remissione secundum rectoris dictamen et consiliariorum suorum, quod si punitus non emendatus fuerit, citetur ad consilium universitatis et gravius seu rigorosius puniatur, quod si non fuerit tali correctione emendatus, consilium universitatis decernat, talem ad parentes vel adpartes suas remittendum cum

1035

litera testimoniali super eiusdem damnabili conversatione.

X, 21 Zählung Statutenbuch [X, 16 Zählung Westphalen]⁸⁴

Item statuimus, quod si alicui nostrae universitatis mem-

1033

bro cuiuscunque etiam fuerit dignitatis, status, aut honoris, ut praemissum est, causam aliquam habere contigerit, adversus consulatum Rostochiensem coniunctim vel divisim, causam ipsam tale membrum nostrae universitatis in consilio universitatis primo et ante omnia publice proponere debet, quae si dictae universitatis consilio iusta et rationalis apparuerit, ex tunc dictum consilium pro amicabili unione et concordia instare debet diligenter et utraque parte ad plenum audita per competentiora amicabilis compositionis media causam discordiae et dissessionis evellere ac partes ipsas sine strepitu et figura iudicii, summa diligentia, si poterit concordare, quod si forte facere non voluerit, pertinacia sive rebellione alterius partis obstante, potest tunc et debet praedicta causa in praefato oppido Rostock et non alibi coram archidiacono Rostochiensi vel officiali episcopi Sverinensis, via iuris communis a dictis partibus agitari, sub poena periurii et amissionis causae ipso facto.

⁸³ Im Statutenbuch (Datei S. 36. TIF.); bei Westphalen (Sp. 1034-35.).

⁸⁴ Im Statutenbuch (Datei S. 35. TIF.); bei Westphalen (Sp. 1032-33.).

[Rubrica XI]**De cursoribus et famulis universitatis**

immutabile

XI, 1 Quilibet cursor in principio rectoratus novi rectoris eodem die et eadem hora, quibus rector iuravit coram plena congregatione iurare debet, quod velit obedire in licitis et honestis, et celare secreta rectoris atque universitatis et cedulas consilii universitatis et facultatum nullis extraneis a consilio universitatis et facultatis velit manifestare, sed tantum his, quibus diriguntur ac fideliter eius officia exercere. Nec non contra statuta facientes pro posse et nosse omni dolo et fraude cessantibus domino rectori aut promotori universitatis propalare.⁸⁵

XI, 2 Item quando celebratur consilium universitatis aut rector praesederit in iudicio, cursores debent esse praesentes et similiter notarius, cuius notarii officium sit scribere mandata, instrumenta, actitata, missivas universitatis atque actus iudiciarios et consilii universitatis conclusa, salvo suo competenti salario, quod rector cum suis consiliariis taxare debet et iuret notarius in eius receptione, velle fideliter officium notariatus exercere et secreta consilii celare.

XI, 3 Item nemo verbo vel facto cursores universitatis offendat aut subsanet quovis modo, omni dolo et fraude remotis, sub poena secundum delicti quantitatem a rectore et suis consiliariis dictata, irremissibiliter exigenda et nihilominus plene satisfaciet parti laesae, secundum dictamen rectoris et consiliariorum.⁸⁶

XI, 4 Item cursores post publicationem novi rectoris et iuramentum per eos novo rectori praestandum, promittere debent sub bona fide ad manus rectoris et novi promotoris in loco privato, non coram universitate, ne suppositis universitatis reddantur suspecti, quod omnes excessus et negligentias quos in universitate aut quacunque facultate et a quocunque supposito, cuiuscunque fuerit gradus, perceperint commissos, domino rectori aut universitatis promotori

⁸⁵ Im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 36. TIF.): „Hic rector debet singulis cursoribus...“.

⁸⁶ Im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 36. TIF.): „Sive publicato hortentur ..per..les et studente ut et in campo turribus aut alibi turbent nisi pro tempore in..presente magistro depositum.“ Die Ergänzung ist schwer lesbar und wird deshalb auch nicht in der Übersetzung als Textabschnitt berücksichtigt.

infra congruum corrigendi tempus diligenter et fideliter voluerint denunciare, nec propter amorem, timorem aut odium, nec propter munus aut familiaritatem velint veritatem occultare aut de quocunque innocenti, scienter falsum in deferendo pronunciare, in qua promissione facta vel facienda doctrinae evangelicae de fraterna correctione nequaquam volumus derogari. Possunt enim et merito secundum Christi doctrinam debent peccantem super occultis excessibus ante eius denunciationem rectori aut promotori faciendam caritative admonere.

Rubrica XII.⁸⁷

De poenis delinquentium

XII, 1 Non servantes statuta universitatis aut alicuius facultatis generaliteret non specialiter iurata ex eo non sunt periuri censendi, nisi poena periurii sit expressa, sed quilibet, si convictus fuerit, non tenuisse statutam poenam contra sic delinquentem appositam incurrere, aut si nulla fuerit poena apposita, arbitrarie puniri debet, si propria confessione aut per sententiam aut evidentiam facti, quae nulla tergiversatione caelari potest, fuerit convictus vel secundum formam statuti subsequenter et taliter convictus et rebel-

1036

lis, recusans dare poenam, periurus censeatur.

XI, 2 Item quilibet rectori aut promotori denunciatus super aliquo excessu et delatus, si se recusaverit expurgare, habeatur pro convicto et puniatur secundum delicti quantitatem et modum, et si non obedierit solvendo vel luendo poenam, abiiciatur, tanquam periurus.

XI, 3 Item si quis rectori aut promotori convitia dixerit aut eos vel alterum eorum opprobriosis verbis aut contumeliosis laeserit vel offenderit, per consilium universitatis secundum delicti modum et quantitatem ad sui ipsius confusionem et in sui recognitionem irremissibiliter et rigorose puniatur. Similiter quilibet contumeliosus, qui suos doctores aut magistros, licentiatos sive quoscunque graduatos et praecipue actu regentes verbis contumeliosis aut quovis alio modo offendere non veretur, cum effectu puniatur, ut efficaciter humilietur, quod si talis non fuerit

⁸⁷ Im Statutenbuch (Datei S. 37. TIF.), aber nicht bei Westphalen: „Rubrica Xii“.

humiliatus, excludatur simpliciter ab universitate.⁸⁸ Hic magis proprie locum habebit statutum decimum nonum rubricae decimae, et alia statuta ibidem, videantur ergo capitula nonae et decimae rubricarum propter poenas delinquentium.⁸⁹

[Rubrica] XIII.

De stipendiatis universitatis et singularum facultatum et de modo assumendi aliquem ad lecturam loco vacante et de gratia et rigore promovendorum.

XIII, 1 Duo debent esse doctores seculares in sacra theologia regentes aut baccalaurei aut licentiati, in eadem breviter in doctores promovendi, quorum quilibet debet habere florenos annuatim quousque dominus Ludolphus Gruwel iam ad lecturam de viginti quinque florenis in iure canonico assumtus resignet lecturam illam aut alias dimittat, tunc enim unus praemissorum theologorum debet habere singulis annis octuaginta florenos illo loco de viginti quinque florenis omnino extincto et non reversuro de octingentis florenis annuis in dotem universitati assignatis. Item tres magistri in artibus, quorum quilibet sit baccalureus in theologia, aut breviter in baccalaureum theologiae promovendus, quilibet ipsorum habebit annuatim 40 florenos. Et vacante aliquo praemissorum quinque locorum uno residui quatuor procedere debent ad nominationem trium sub ordine, ita quod unum nominent tanquam praecipuum, deinde alium tanquam de post praecipuum, demum tertium sub iuramentis per eos praestitis in forma inferius descripta, infra durationem unius candelae cereae accensae longitudinis unius indicis per rectorem ipsis porrigendae sub poena amissionis stipendii per medium annum. Nihilominus ipso in poenam incidente, in lectura legendo per praemissum tempus perseverante. Et tres nominatos residuae parti consilii per sortem, ut in electione rectoris eligi debent, qui tres per sortem electi etiam infra durationem candelae cereae accensae longitudinem unius indicis per rectorem ipsis praestandae, eligent unum ex tribus consilio universitatis praesentatis sub poena eadem et sub iuramentis prius per eos praestitis, ut in forma infra etiam descripta, qui tum sic electus erit in

⁸⁸ Einschub im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 37. TIF.): „Hic magis...poenas delinquentium.“. Dem ist vorangestellt: „post haec duo publicantur statute quae infra in folio xiii sive“.

⁸⁹ Im Statutenbuch ist ein von anderer Hand an dieser Textstelle eingefügter Absatz gestrichen. (Datei S. 37. TIF.).

1037

locum vacantem per consilium universitatis instituendus, etiam praestito iuramento inferius annotato.

XIII, 2 Item debent esse tres magistri in artibus, qui possunt esse non graduati in aliis facultatibus, qui cum aliis tribus magistris superius nominatis de stipendio 40 florenorum debent fideliter in artibus laborare et istorum trium quilibet debet annuatim habere 30 florenos. Et uno illorum trium vacante, duo de stipendio 30 florenorum et tres primi de stipendio 40 florenorum procedere debent ad nominationem trium sub ordine, ut praedictum est, et nominatos residuae parti consilii notificare et residua pars ad electionem unius ex ipsis procedere, modo praenominato superius, vacante aliquo loco priorum quinque et sub poena ibi contenta et isti octo praenominati debent esse ad minus in collegio prope sanctam crucem ac communem tenere mensam sub poena privationis stipendii simpliciter vel ad tempus.

XIII, 3 Item debent esse duo magistri in medicinis, quorum unus sit doctor vel breviter doctorandus, qui annuatim habeat 40 florenos, alter debet esse magister in artibus et baccalaureus in medicinis, qui annuatim habeat 30 florenos et uno ipsorum deficiente loco vacante tres magistri in artibus de stipendio 30 florenorum cum medico superstite debent procedere ad nominationem trium sub ordine, ut praemissum est, et notificare residuae parti consilii universitatis, quae procedat ad unius de tribus assumptionem modis praenarratis.

XIII, 4 Item debent esse duo magistri in artibus extra collegium regentias tenentes, quorum quilibet debet annuatim habere quindecim florenos et uno eorum deficiente ad locum vacantem, sex magistri in artibus in collegio existentes, videlicet de salario 40 et 30 florenorum, nominabunt modo praenarrato tres magistros in artibus sub ordine dicto et notificabunt ipsos residuae parti universitatis, quae procedat ad unius de tribus assumptionem modis saepe dictis.

XIII, 5 Item debent esse duo principales regentes in iure canonico, quorum unus legat nova iura, alius antiqua et unus ex ipsis debet habere centum florenos, alius sextuaginta florenos annuatim et processu temporis aliqua lectura vacante et necessitate seu utilitate poscente, potest consilium universitatis de summa centum florenorum viginti vel infra detrahere et non ultra et alteri de sexaginta florenis in ipsa facultate addicere, ut ipsi sint in salario pares et tunc si aequae

utiles sint et apti in antiquis, nisi possunt alternare vices suas in novis et antiquis legendo secundum quod consilium universitatis decreverit, si inter se non concordaverint ipsi ductu propriae rationis.

XIII, 6 Item debent esse duo principales regentes in legibus quorum unus habebit 100 florenos et alius quinquaginta annuatim, donec deficiat lectura de viginti quinque florenis in iure, nam in hoc casu habebit secundus 60 sicut lector in theologia octuaginta et potest consilium universitatis idoneitate utrorumque lectorum pensata de summa centum florenorum detrahere viginti et non ultra et alteri de quinquaginta adiacere, praesertim si minor in salario voluerit recipere doctoratum et ita principales lectores in facultate utriusque iuris debent habere summam trecento-

1038

rum et decem florenorum, modo et distributionibus antedictis eidem facultati utriusque iuris absque diminutione dimittendam. Et vacante vel vacatura lectura aliqua locorum praedictorum in iure, residui tres nominabunt etiam tres sub ordine modo praemisso, quibus tribus residuae parti consilii universitatis insinuat, eadem residua pars procedat per fortem ad assumptionem, unius de nominatis ad lecturam vacantem modo et formis, ut in aliis vacantiis aliarum facultatum. Et isti doctores quatuor in iure canonico et legibus laborantes collectam a scholaribus utriusque iuris singulis mediis annis unum florenum a quolibet recipiendum in quatuor partes dividant aequales, inter ipsos aequaliter distribuendum.

XIII, 7 Item habebit illa facultas utriusque iuris unum baccalaureum in decretis ad legendum decretum, qui annuatim pro subsidio ulterioris studii et labore habebit viginti quinque florenos absque collecta. Hic locus perpetuo vacabit deficiente domino Ludolpho Gruwel iam ad ipsum assumpto, nisi quis aliunde huic loco providerit, ultra octingentos florenos iam universitati assignatos.

XIII, 8 Item si nominatores in nominando aliquos se dividant in duas partes aequales ad concordandum infra tempus praexpressum videlicet durationis candelae cereae accensae ad

longitudinem unius indicis praefixae sint obligati, sub poena amissionis stipendii per medium annum, nihilominus ad legendum astricti remanentes.⁹⁰

XIII, 9 Item nominatio trium et electio unius ex ipsis debet fieri unico contextu absque interventu actus extranei, ne fiat subordinatio et infra quartale anni a tempore resignationis aut vacationis lecturae.

XIII, 10 Item quilibet nominantium antiquam ad nominationem procedat, sic coram rectore publice iurabit: "Ego N. iuro, quod omni favore, odio, amore et dono ac spe exclusis pro posse et nosse nominare volo ad hanc lecturam vacantem, tres, quos secundum conscientiam meam magis idoneos iudicavero pro utilitate scholarium et honore ac incremento universitatis."⁹¹

XIII, 11 Item quilibet per sortem electorum, antequam ad electionem procedat, sic coram rectore publice iurabit: "Ego N. iuro, quod omni favore, odio, amore et dolo et spe exclusis, eligere volo ad hanc lecturam vacantem, unum ex tribus nominatis, quem secundum conscientiam meam magis idoneum iudicavero pro utilitate scholarium et honore ac incremento universitatis."⁹²

XIII, 13 Item nemo vacante lectura stipendiata debet ad partem pro ipsius promotione aliquem vel aliquos, per se vel per alium aut aliam, partem interpellare, sed si voluerit, potest pro ea solus in publice et aperto universitatis consilio eius petere assumptionem sub poena periurii, quia sic iurabit: "Ego N. assumendus iuro, quod mei nominationem vel electionem non procuravi, nec pro ipsa institi per me vel per alium apud aliquem vel aliquos, ad partem seu in privato, alias quam in publico et aperto universitatis consilio, similiter nec donis factis, aut faciendis ex pacto, vel promisso aut aliis quibuscunque praedestinationibus absque dolo et fraude procuravi.

⁹⁰ Im Statutenbuch (Datei S. 39. TIF.) : „remanentes“; bei Westphalen (Sp. 1038): „permanentes“.

⁹¹ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 39. TIF.): „Iuramentum“.

⁹² Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 39. TIF.): „Iuramentum“.

Item quod lecturam mihi commissam aut committendam fideliter exercebo ad honorem scholae et audientium [universitatis] utilitatem.⁹³

1039

Et si contingat me aliquo casu eam dimittere, consilio universitatis Rostochiensis, recessum meum sex mensibus ante intimabo, lecturae renuntiabo, et quod praesentandum quemcunque per consilium universitatis ad aliquam lecturam idoneum, alias rationabiliter promovendum, promovebo, gradum vel gradus requisitos in ipso pro lectura facienda. Et si contingat me a lectura ex causa per consilium universitatis vel eius maiorem partem dictata, congregatione totius facta, removeri, cedere volo absque difficultate et me non adversus aliquem de universitate vel contra universitatem per me vel per alium verbo vel facto, manu vel iudicio, in perpetuum volo vindicare.”

XIII, 13 Item consilium universitatis debet habere potestatem quemlibet lecturam ex stipendio habentem removendi ipsum propter negligentiam etiam in legendo commissam et propter alias causas in statutis universitatis expressas et antequam propter negligentiam removeatur stipendiatus ter est monendus sub intervallo trium quindenarum, ut lecturae iuxta iuramentum praestitum satisficiat; quod si se non correxerit, debet removeri et nihilominus post remotionem verbo factam legendo tribus mensibus immediate sequentibus ipsam remotionem, sub poena periurii perdurare.

XIII, 14 Item volumus, quod duo loca in theologia, quorum unus debetur habenti annuatim 60 et alteri similiter 80 vocantur doctoralia, quia assumpti ad illa, debent esse doctores in facultate illa vel ad doctoratum tempore statuto promoveri. Item quatuor loca lectorum in utroque iure ex consimili causa vocari debent doctoralia et similiter duo loca stipendiatorum in medicina doctoralia vocabuntur. Item, si contingat aliquem locum praemissorum doctoralem vacare, electus ad illum licentiatu est gratis ad doctoratum promovendus. Ita quod nullas dabit universitati seu suae facultati bursas, si hortatus solvere recusat, ne vacet locus. Dabit tamen doctori ipsum doctoranti pro labore suo loco mantelli, decem florenos. Electus vero ad illum locum baccalaureus, habens tempus pro licentia, debet promoveri ad licentiam gratis, ut praemittitur, si in examine idoneus reperiatur et de post ad doctoratum etiam gratis, dando tamen

⁹³ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 39. TIF.): „Iuramentum recipiendorum in consilium universitatis“.

doctoranti decem florenos loco mantelli. Electus vero baccalaureus non habens tempus pro licentia, debet tempus statutum pro licentia complere et eo completo, ad licentiam et communiter ad doctoratum modo praescripto promoveri.

XIII, 15 Item doctor in aliqua facultatum ad praesentationem universitatis gratis promotus, tenetur per octo annos in sua facultate legere diligenter, salvo stipendio eiusdem. Quod si contingeret, eundem infra octo annos continuo sequentes suam promotionem, eius lecturam universitatis consilio resignare, aut si ipsi fuerit resignatum, dabit 40 florenos Renenses pro medietate universitati et pro alia medietate doctori suo aut doctore suo deficiente, suae facultate applicandos et omnis taliter promovendus gratiose, illud praesens statutum ante sui praesentationem et promotionem iurabit coram consilio universitatis.

XIII, 16 Item statuimus, quod alibi pro-
1040

motus in quacunque facultate si fuerit hic recipiendus, ante sui receptionem iuret in praesentia suae facultatis bonum universitatis procurare pro posse et nosse ad quemcunque gradum vel statum pervenerit ad instar promovendi seu promotoris hic Rostochii in nostra universitate et hoc statutum debet habere quaelibet facultas.

XIII, 17 Item sic electus ad locum doctoralem in festo suorum insigniorum potest habere centum personas invitatas pro unico prandio et easdem personas non alias pro coena, si voluerit et non ultra, sub poena viginti florenorum universitati applicandorum, nisi infra mensem post insignium receptionem etiam non monitus de non habitis ultra per medium sui iuramenti se expurgaverit manifeste.⁹⁴

XIII, 18 Item licentiatus doctorandus, non tenens locum doctoralem, etiam cuiuscunque facultatis debet habere receptionem insignium doctoralium, solvere bursas, tam universitatis, quam suae facultatis.

⁹⁴ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 40. TIF.): „promovendi“. Die Randbemerkung ist sehr schwer lesbar.

XIII, 19 Item talis licentiatus debet suum doctorem cum mantello et capucio, varie subductis, honeste vestire aut doctorem suum contentare.

XIII, 20 Item debet facere solenne prandium tale, quod in honorem universitatis et suae facultatis et sui doctoratus cedat et sic festum peragere, quod singulis solutis et peractis summam clementinam non excedat.

XIII, 21 Item gratiose promovendus ad universitatis praesentationem iurabit idem statutum gratiosam promotionem concernens, quod suus promotor praestitit universitati.

XIII, 22 Item quilibet in altiori facultate dodorandus ante receptionem insignium doctoralium dabit cuilibet cursori decem ulnas tincti panni, quamlibet ulnam pro marca Rostochiensium denariorum ad minus comparandam.

XIII, 23 Item si in aliqua facultate defecerit magister vel doctor et aliquis magister aut doctor pro nostrae universitatis membro promovendo vocatus fuerit vel vocandus, volumus huiusmodi magistrum vel doctorem et similiter nostum membrum promovendum per statuta praemissa modum promovendi, quoad promotorem et promovendum et eius praebula concernentia nequaquam limitari, debet tamen promovendus ad magistratum vel doctoratum prius iurare, quod postquam consecutus fuerit gradum magisterii vel doctoratus, quemlibet secundum statuta universitatis sibi praesentatum vel praesentandum velit sine contradictione promovere cum effectu secundum formam statutorum.

Item statuimus, quod si ex causa rationali vel quacunque occasione data, religiosum contingat recipi in vicem secularis lectionis ad lecturam in quacunque facultate hoc fuerit, non aliter tamen assumatur ad consilium universitatis, quam ad modum illius, qui ex iisdem motivis ex gratia vel etiam alias ex gratia assumeretur.

[Rubrica XIV.]**De tempore quod in singulis facultatibus pro gradu requiritur et sufficit.**

immutabile

XIV, 1 In facultate artium scholaris promovendus ad baccalaureum debet diligenter audivisse libros in artibus, ad hos per suam facultatem assignatos per annum cum medio et non minus indispensabiliter observandum. Sed licentiandus in eadem debet diligen-

1041

ter libros omnes per facultatem constitutos audivisse in studio privilegiato et inibi studium continuasse per quatuor annos complete indispensabiliter.

XIV, 2 Item in facultate utriusque iuris promovendus ad gradum baccalaureatus iuris canonici seu civilis tenetur audire lectiones suae facultatis ordinariam et extraordinariam per spatium trium annorum, de quo cursu fidem faciat per suum iuramentum et per alia adminicula sufficientem facientia fidem. Item baccalaureus promovendus ad licentiam doceat modo praemisso se per tres annos legisse continue.

XIV, 3 Item si quis scholarium iuris canonici transferet se ad studium legale et in eodem velit esse baccalaureus, si per duos annos audiverit in iure canonico vel amplius, nec computetur sibi illud tempus, nisi pro uno anno in legibus, residuum temporis ad baccalaureum requisiti compleat in auditione legum, quo completo promoveatur, pari passu si legista scholaris transferat ad studium canonum si per duos annos in legibus audierit, computetur sibi in facultate canonum pro uno anno, residuum temporis requisiti suppleat in auditione canonum, quo completo promoveatur. Si baccalaureus legista transferat se ad canones et velit promoveri ad gradum baccalaureatus, audiat continue per duos annos, quibus completis promoveatur. Si econtra baccalaureus in decretis transferet se ad leges pro baccalaureatu obtinendo audiat continue per duos annos, quibus completis promoveatur.

XIV, 4 Item si licentiatus in legibus velit in canonibus promoveri audiat pro baccalaureatu per sedecim menses, quibus completis promoveatur in baccalaureum, et si post baccalaureatum velit procedere ad gradum licentiae, aequale tempus habeat pro lectura, si vero fuerit licentiatus in

canonibus et velit in legibus promoveri, audiat pro baccalaureatu continue per duos annos, totidem post baccalaureatum habeat pro lectura.

XIV, 5 In praemissis duodecim volumus menses pro uno anno computari. Si aliquis simplicium scholarium continue audierit duas lectiones ordinarias in iure canonico et per quatuor annos et tanto tempore duas lectiones ordinarias in iure civili, ille ex parte temporis poterit in utroque iure in baccalaureum promoveri. Similiter baccalaureus in utroque iure audiens continue per quatuor annos in iure canonico vel civili aut legens in altero iurium aut legens in utroque per tantum tempus, ex parte temporis etiam ad licentiam promoveri poterit.

XIV, 6 Item volumus et statuimus, quod in qualibet facultate decanus et stipendiati diligenter providere teneantur et provideant cum effectum, ut in qualibet facultate sint et fiant lectiones sufficientes et utiles pro scholaribus promovendis, ut studentes secundum tempora in statutis ad eorum promotionem praefixa, lectiones habeant continuas absque defectu, et tempore suae promotionis, si defectum in libris audiendis habuerint et communiter impedimentum suae senserint promotionis suae imputent negligentiae et ocio, qui etiam per dispensationem super libris non auditis, remedium nequaquam obtinebunt. Si vero suae facultatis rectores stipen-

1042

diati negligentes fuerint et promovendus idoneus extiterit, cum tali dispensetur propter sui idoneitatem et propter iniuriam, quam passus est in lectionum subtractione et illius facultatis decanus, ad cuius officia spectat super huiusmodi actus vigilare et contra defectus diligenter providere. Et similiter stipendiati, qui legere neglexerunt, puniantur cum effectum. Poena vero erit stipendii ablatio, vel defalcatio secundum temporis aequalitatem, per quantum tempus huiusmodi lectionum defectus committuntur, nec actus exercitiorum quemquam ab actu legendi et a poena, quam meruit, quoquo modo relevabunt.

[Rubrica] XV.

De examinadoribus in singulis facultatibus.

XV, 1 Item in facultate artium pro habendis examinadoribus baccalaureandorum convocabuntur omnes magistri in artibus in eadem regentes et magistri de collegio facient sortem, sicut fit per librum pro electoribus rectoris universitatis et prima vice tres magistri literas Alphabethi

habentes, ab a inferiores computando, erunt examinatores baccalaureandorum pro ista vice. Sic similiter inter se facient alii magistri extra collegium in artibus actu regentes ex ipsis modo praedicto, duos per sortem modo praemisso, habebunt collegiati duos et magistri extra collegium tres et tertia vice magistri de collegio tres et magistri extra collegium duos et ita alternatis vicibus in perpetuum est servandum. Sed pro habendis examinadoribus magistrandorum iidem magistri de collegio modo praedicto ordinabunt duos examinatores, similiter annos in eadem facultate rexerunt etiam praesentabunt duos ex se modo praedicto per sortem electos qui quatuor una cum vice-cancellario magistrandos pro illa vice examinabunt.

XV, 2 Item ille dicitur actu regens in aliqua facultate per medium annum vel in medio anno, qui per eiusdem medii anni maiorem partem legit vel est actu in legendo, et si non plene complevit, sed est completurus plus temporis, quam tres menses illius medii anni, in quo debet dici actu regens.

Rubrica XVI

De modo approbandi et reprobandi examinatores in singulis facultatibus immutabiliter observando.

XVI, 1 Quod infra examen baccalaureandorum aut magistrandorum in artibus simpliciter pauperes penitus nihil contribuant pro propina, examinadoribus in examine facienda et non omnino pauperes contribuant secundum suae facultatis proportionem et in examine baccalaureandorum nullus divitum ultra quartam floreni Renensis et in examine magistrandorum, ultra valorem dimidii floreni contribuere debet sub poena quartae unius floreni a quolibet baccalaureandorum irremissibiliter rectori persolvenda. Et quilibet examinadorum sub aequali poena sit puniendus, si fuerit in causa veniendi contra praesens statutum.

XVI, 2 Examine facta in singulis facultatibus sit iste modus approbationis et reprobationis. Sit praesens notarius universitatis, qui pro quolibet examinarorum sua manu duas faciat cedulas undique similes, qua-

1043

rum una contineat approbo, alia reprobo, quibus traditis ipsis examinadoribus sic videlicet, quod quilibet examinantium habeat unam cedulam in qua contineatur verbum, "approbo" et alteram

in qua contineatur verbum “reprobo”. Accedant examinati ad praesentiam examinerum suo ordine, ut eos videant, visione qua facta se retrahant et tunc nominetur in ordine primus pro quo notarius cum mitra circumiens colligat de quolibet examinantium unam cedulam approbationem vel reprobationem continentem, quo facto in conspectu omnium de mitra collectas cedulas super tabulam effundat et visitentur. Si plures fuerint repertae cedulae approbationum, sit approbatus et admissus, si vero plures reprobationum cedulae sunt repertae, sit reprobatus, et reiectus. Quo facto si plures fuerint, idem notarius cuilibet examinatori restituat duas cedulas in forma praescripta, quod poterit hoc modo facere. Recolligat cedulas alias apud examinatores remanentes per impositionem occultam in mitram, et cum omnes rehabuerit, restituat binas cuilibet, ut supra approbationem et reprobationem continentes, quo facto nominetur secundus in ordine et fiat approbatio seu reprobatio per modum in primo practicum et sic de aliis usque ad finem si plures fuerint. Si vero unus solus fuerit, fiat, ut est de primo recitatum. Eodem modo debet procedere ad assignandum loca graduandis et praemissa sunt immutabiliter observanda sub poena praestiti iuramenti.

Rubrica XVII.

De subsidio pro conservatione et supportatione onerum universitatis et facultatum tempore promotionum solvendo, quae subsidia bursae ex usu nuncupatur.⁹⁵

XVII, 1 Baccalaureandus in artibus det universitati medium florenum et tantum suae facultati, magistrandus vero det universitati unum florenum et tantum suae facultati, baccalaureus in iure antequam promoveatur solvat duos florenos, unum universitati et alterum suae facultati applicandos.⁹⁶

XVII, 2 Licentiandus in iure solvat quatuor florenos pariliter universitati et suae facultati applicandos, de illis post examen antequam ad licentiam admittatur, satisfaciat.

Item quilibet licentiandus in maioribus facultatibus solvat octo florenos pariliter universitati et suae facultati applicandos, de illis post examen antequam ad licentiam admittitur, satisfaciat.

⁹⁵ Im Statutenbuch (Datei S. 42. TIF.): Ist die Überschrift abgeschnitten und somit kaum lesbar.

⁹⁶ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 42. TIF.): „correctum p ad mth“.

Rubrica XVIII.⁹⁷**De vigilibus civitatis**

VIII, 1 Si contingat aliquem de suppositis nostrae universitatis tempore nocturno malignari mulieres rapiendo aut furtum committendo, ostia frangendo, vel quod omnibus his maius reputamus, vigiles verbo vel facto iniuriose tractando, si in facto apprehendi poterit, ducatur ad domum rectoris, qui suo fungatur officio de eius custodia diligenter providebit, iuxta exigentiam iuris cum ipso procedendo.

XVIII, 2 Item Si contingat aliquem post campanam vigillum in platheis sine causa ambulare, aut in domibus meretricum deprehendi, etiamsi neminem offenderet, ducatur ad

1044

domum rectoris, qui suo fungatur officio circa ipsum.

Rubrica XIX.**XIX. Generalia circa observantias, quae non sunt statuta.**

XIX, 1 Item statuimus et volumus observari, quod nulla consuetudo aut traditio vel adinventio in universitate aut in aliqua quatuor facultatum adinveniat aut servetur, quae alicui statutorum universitatis aut facultatis contrariatur. Nec aliqua nova adinventio etiam nullo statuto contraria quantocumque tempore contraria observata teneatur aut practicetur, nisi prius per consilium universitatis ad certum tempus sit admissa vel approbata ad probandum et attemptandum, an huiusmodi observantia sit expediens et pro statuto approbanda et talis proba spatium unius anni non durabit, sub poena decem florenorum fisco universitatis pro medietate applicandorum et alia medietate inter rectorem et promotorem aequaliter dividenda et per facultatem quae huic statuto contravenerit persolvenda.

XXI, 2 Item Declaramus, quod in praedictis statutis aut in quibuscumque aliis in futurum statuendis, non intendimus, volumus aut debemus in aliquo praedudicare consulatui et communitati oppidi Rostochiensis neque universitati studii Rostochiensis aut alicui eiusdem universitatis facultati, quod si ex inadvertentia aut negligentia aut quocumque errore esset

⁹⁷ Randbemerkung im Statutenbuch (Datei S. 43. TIF.): „Rubrica viii“.

factum aut in futurum statueretur, tale statutum postquam fuit declaratum et repertum praëiudiciale, debet iuxta formam de statuti immutatione traditam utiliter immutari.⁹⁸

[Rubrica] XX.

De petitionibus dominorum de consulatu civitatis Rostock.

Magnifici viri proconsules oppidi Rostock sequentia statuta petierunt ab universitate admitti et acceptari et aliis pramissis ascribi in lingua vulgari, quod factum est pari et unanimi consensu omnium qui fuerunt de consilio universitatis.

XX, 1 De rad tho Roßtock schal tho den ersten kesen dre meystere, de mit twen Borghermesteren scholen die Macht vry vnd vollenkomlichen hebben, also langhe dat se der nicht vortygen, also einen ichlichen stipendiaten der Unwersiteten van synem stipendio tho settende en halffiar to vorn vp tho seggende ane voringhe edder bewysinghe ienigher saken, So verne also de meyster nicht stedes van nun an tho rekende, dat stipendium soß iarlangh beseten hebben, so en schal man ene nicht affsetten, men na der forme des ghesettes, das alrede is up ghemaket, so beghinnende.

XX, 2 Item, wert ok dat der drieer mesteren een de macht des kores vortygede, so scolen de anderen twe, und twe Borghermestere den drudden mester in des vorbenomeden mesters stede kesen bynen enem mante und ift se dat bynnen enen mante nichten deden, so schal de kore an dat Consilium van der Universiteten vallen, to der tyd tho kesende na der formen als me den rectorem Universitatis keset und de mester schal die sulue macht myt den anderen hebben de de vornsten in wes stede he gekaren ist af tho settende also vorgheruret is ghehatt heft, und so schal me dat vort an myt den anderen meysteren twe holden tho ewyghen tiden und eren nafolgheren.

XX, 3 Item wen ein stipendiate syne lecture upsecht edder wen em upsecht

1045

is, so schal he na deme daghe im consilio Universitatis edder synen faculteten nicht wesen so dath sie halueniar to vore to lesende, id en were dat he tho deme stipendio wedder entfanghen

⁹⁸ Randbemerkung im Statutenbuch von anderer Hand (Datei S. 43. TIF.): „Consulatus Rostochiensis“.

worden edder de heren des rades der Universiteten em das samentlichen ghunnen wolden oder ghunden.

XX, 4 Item eft welk artikel were in statutis Universitatis de der stad edder der Universiteten to na were efte in tokamenden tyden to na worde, den schal men wandelen und betheren na rade des consilii Universitatis vnde des Rades tho Rostok. Scholde me ok mer artikele setten to den statuten der Universiteten ume nuttigkeytt willen und bequemigkeytt de beyden syden de Universitate unde den rad to Rostok roren de schal men ok setten na rade der Universiteten unde des ades tho Rostok.

XX, 5 Item eft de rad to Roßtock wes bode, dat der Universiteten to Rostok to na were dat schal men beteren und wandelen na rade des consilii Universitatis und des rades tho Rostok.

XX, 6 Item weret dat ienich twedracht mank den meisteren in consilio Universitatis edder ener Faculteten upstunde so schal en iewelk mester des consilii Universitatis vry wesen de twedracht den Borghermesteren [tho] apenbarende up dat de twedracht bylecht werde.

XX, 7 Item eftme yenich ghesette der Universiteten anrurende die stad Rostok ume keren edder van nies maken wolden, ane wytscoop der Borghermester to Rostok des tho apenbarende schal en yewelk van deme consilio der Universiteten vry unde mechtig wesen.

Priuilegium

XX, 1 Item so heft de rad to Rozstok beorlouet unde de vryheyt ghegheven den heren unde mesteren in den twen collegien, also uppe der nyenstad, unde uppe der olden stad, so dat se moghen vromet beer hebben in eren collegien vor ere tafelen unde tho eren eghen drinken, unde nicht tho schenckende umme penninghe unde de praveste edder procuratores der erbenomeden collegien scolen dat nemanden anders to voren lathen, men also mennighe tunnen se willen bringhen laten, so mennich teken scolen se van den winheren nemen und vort deme bringhere antwerden, unde de bringer kumpt he to Lande, schal dat beer in dat Steendor voren vnd in nen ander dor unde de teken deme dorwardere antwerden so menninghe tunne he bringht kumpt idt ok tbo water dem schutemanne to antwerdende.

XX, 2 Item bewillen und belouen wy Borghermester vnd Radmanne to Rozstock, oft in tokamenden tyden van schickende efte ordeneringhe der Universiteten efte des rades to Rozstock edder ienigherleye ander wise to der Universiteten unde der Stipendiaten Behuf samentliken edder besunderen iarliker Ghulde vppe achte hundert Rinsche Guldene to heret efte gheven werden baven den achte hundert Gulden de wy en pflegen to geuende also dat uns unse breff den wy darup beseghelt hebben denne loß werdt wes denne also der Universiteten to keret werd dat schal vordermerr blyuen to der Universiteten vormeringh vramen mit unde betheringhe unde nicht to unser edder unser stad nuet efte vramen unde wanner wy den breeff alß umme die achte hundert Ghulden renthe wedder hebben scolen so scole wy der Universiteten enen anderen breeff gheuen alle andere artikele inholdende des ersten breues, utghenamen de achte hundert Ghulden Renthe, were ok dat in

1046

tokamenden tyden dar na de Universiteten in eren achte hundertt Ghulden Renthe iennigherley borst edder brake leden so scole wy unse nakomlinge, unde willen en dat van unser stadt redesten ghuden unde renthe ghentzliken vor vullen.

XX, 3 Die Gesette alß wy de beleuen den men iuw lesende wert de volborden wy unde to laten, mytt sulkeme onderschede dat mester Hinrik van Gheysmar schal hebben van uns de ouersten lecturen der Hillghen Schrift, und mester Didrik Enghelhus de lecturen de eneme baccalaureo in theologia to ghetekent is, unde bet to hir to gheledich sind gewesen.

XX, 4 Item wile Mester Diderik Zukowen XXX. ghulden gheldes heft alß ein Stipendiate in den vryen kunsten, unde will lesen in deme rechte, so schal mester Michel van Stettin hebben XX ghulden gheldes, des iares van den hundert Gulden de deme ordinario in legibus thogetekent sind Urbani anghande, up dat he in mester Diderikes stede in den vryen kunsten lese unde den last mit den collegiaten alß in kost samentliken to holdende, unde in deme collegio to stande dreghe, unde oft mester Michel vp seghede edder eme upsecht worde na Inholde der ghesette der Umversiteten, so schal me enen andren bequemen mester in syne stede to den XX gulden setten so langhe alß mester Dyderik vorbenomet by den vorbenomeden XXX ghuldenen alß ein stipendiate in artibus blyuet. Wan auer Mester Diderik des vorbenomeden tzoldes vortyget, so scholen die XX ghulden gheldes blyuen alße se in den statutis gheschicket synt.

XX, 5 Item weret sake, dat wanner twedracht vmme iennige Sake twischen den Rade der Stad Roßtock vnd twischen den Mestern der Univetsiteten vpstunde, dar de Universitet vmme entloset mochte werden, edder dorch Verderffnisse edder Hinder der Universiteten edder der Stad kamen mochte, so schall in umme de Saken in dem Rade der Universiteten drie sprecken mitt infalle achte Dagen, also rede wonlick is, vnd versokent, oft man by sich suluen eindrechtlikes inne finden kan, ißet den, dat idt welche syde van den Meistern, edder des Rades eschet, so scholen die Mestere vht erem Rahde vnd die Rath tho Roßtock ock vht ehrem Rade einen kesen, die twe scholen binnen dren Weken, na deme also se karen sin, eren Willen affseggen. Ißet dat se dat eindrechtlichen affseggen, dar schal idt by bliuen. Ißet dat sie dat vneindrechliken affseggen, so schall ein prior tho den Carthusern tho Marien Ehe, vnd oft men en nicht vermochte, eins Abbet von Dobberan Ouerman wesen, vnd seinem ram und Willen darup ock binnen dren Weken seggen, und wat he denne secht mitt dem einen edder den andren tho fallende, effte ein Mittel dar Manck thoramende, dar scholl idt by bliuen. Wente hirna deßer vorgerurder Formen nener vterlichen Twidracht vort mehr nott is, twischen der Universiteten und dem Rade tho Roßtock, noch under den Meißern, se entsta lichtlichen hento leggende hierumme schall vort mehr Niemand van den Meistern des Rades der Universiteten edder Ieniger Faculteten Luden laten buten Rades vor den Scholer edder in Predikien Dudesches edder Latinisches edder anders wor, wo manck der Umversiteten vnde dem Rade der Stadt, edder Manck den Mei-

1047

stern alleine Twedracht edder Partie sey, apenbar, edder solche Wort seggen, dar men dat vht erkennen kone, wie dar entiegen doch mit Vorsatt, die schall synes Stipendii entbehren, vnd vort nicht mehr in der Universiteten regieren, ißet dat he daranne vorcounnen werdt, edder sich des nicht entlediget, dat he dat mitt vorsate nicht gedan hefft, alße recht is, weret auer dat iennich Meister sich des wat entuaren lethe, sonder vorsate, dat he der Universiteten na eren behage vorböten. Item so is vorramet, na dem male dat Meister Diderich Zukow iegen dißen Pingsten dencket tho Lubecke tho wesende, da he van der Universitet, vnd des Rades wegen schall weruen vmme einen Mester in der hilligen Schriffte van der prediger orden hier to wesende in solker wiest, also eme datt bevahlen werdt.⁹⁹

⁹⁹ Nicht im Statutenbuch, aber bei Westphalen (Sp. 1046f.): „Item weret...bevahlen werdt.“

Item weret me oft id nutte sy, bauen die stipendiaten des hoghesten czoldes in ach nehmen dre in den Rad der Universiteten so beghere wy vp desse tyd dat mester Ludolphus Gruwel unde mester Michael in den rad der Universiteten entfange, vnd des nicht enwyghere wente wy id vor nutticheit der Universiteten erkennen, unde iß unse wille dat men die statuta twye vppe permint scriue und se twie myt iuwer Universiteten unde unser stad ingheßegele beseghele unde dat gy ene, vnd wy dat andere entfanghen unde hebben.

(*) Apographis nonnullis recentioris ætatis adhærent:

1) Statuta Universitatis Facult. iuridicæ hinc inde recollecta ex constitutionibus Universitatis et Prædecessorum.

2) Statuta Facultatis Medicæ.

3) Nova Academiae et Facultatum Statuta 1564.

4) Leges de disciplina et moribus academicorum anno 1614, quibus insertum est Udalrici Ducis edictum de mira Pseudoscholasticourm ferocia et petulantia, datum Doberani 1578.

5) Decretum et Statuta Consilii Acadmiæ Rostoch. ab an. 1563 ad a. 1653.